



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-807099-p0001-6

DFG

Restaurierung
H.-D. Lomp
36110 Schlitz

17

DISPUTATIONIS THEOLOGICÆ,
DE
ADIASTASIA
REI COELESTIS, ET SYMBO-
LORUM TERRENORUM, IN SACRA-
MENTO EUCHARISTIÆ,
SECTIO PRIOR,
Exhibens Certamina, & Statum Controversiæ,
PRO
B. GERHARDO,
Contra
W E N D E L I N I
EXERCITATIONES CII. CIY. CV. CVI.
DIRECTA,
&
Divinâ adſtente Gratiâ,
In Almâ Pomeranorum ACADEMIA,
Consensu venerandæ Facult. Theol.
PRÆSIDE
DANIELE LAGO, S. Theol. D.
P. P.
Publico examini subjecta.
CHRISTIANO Grünenberg / Stetin. Phil. Cand.
RESPOND.
Ad diem 15. Maii hor. matut. ANNO M. DC. LVIII.

GRYPHISWALDIÆ,
Literis Vidiuae Jac. Jegeri Academiæ Typographi.





Revocatur sub disquisitionis in-
cudem, que contra Adiastionem substantia
caelestis & terrena in eucharistia operose
Wendel. Exerc. 103. & sequentibus tribus
disputat, adstringemus cuncta ad quadru-
plex caput. I. Enarrabimus variorum de-
eucharistia certaminum initia & progres-
sus. II. Formabimus legitimum controversiae presentis statum,
annotatis simul, quae scopum planè prætervolant, Antagonistæ
argumentis. III. Probabimus è genuinâ sede Orthodoxam
tbesin, confutatis adversarii exceptionibus. IV. Denique dis-
solvemus objectiones residuas.

§. I.

CERTAMINA quod attinet, jam seculo i. grandi sacrilegio
Ecclesiæ pacem turbârunt, qui oblationes prohibuerunt, ad ce-
lebrandam Eucharistiam, negantes exhiberi hâc carnem Redempto-
ris pro peccatis nostris passi, & benignitate Patris à mortuis resusci-
tati, teste Ignatio in Epist. ad Smyrnens. nec non Ebionitæ, prætex-
tu Sobrietatis, solam aquam in calice offerentes, ut memorat Epi-
phanius hæresi 30.

§. II. Sec. 2. idem factum à Tatiano, qui, eum inter sinceros
sacrorum Antitistes, & intrepidos veritatis Evangelicæ assertores
aliquamdiu emicuisse, velut inter ignes Luna minores, postea de-
functo, quem Præceptorem nactus fuerat dexterum, Justino,
transfuga veteris militiae signa deseruit, & Encratitis hæreseos facem
præfusus, ut nuptias & carnium esum, sic usum quoque vini, tan-
quam ex Satanæ & serpentis commixtione producti, damnantibus.
Hac etiam ætate Montanus, qui extra liram quasi rationis abreptus,
se pro Paracleto gessit, & duas meretriculas circumduxit, itidem à
Satanæ

A

Satana



Satana obsessas, Priscillam & Maximillam, funestam & horrendam Eucharistiae dispensationem introduxit, confectae videlicet de infantis anniculi sanguine, quem de toto ejus corpore punctionum vulneribus extorsit, & farinâ sic permiscuit, ut panis inde formaretur. Atque hunc puerum, si vitam cum morte commutaret, haberi pro Martyre, si prorogaret diutius, pro magno Sacerdote jussit. Sectatores Montani, seu Montanistæ, alio nomine *Cataphryges*, item *Pepuziani* & *Artotyritæ* dicti fuerunt, quod nonnulli eorum caseum cum pane in administratione cœnæ Dominicæ conjunxerint. Imò ne quid insanæ decesset, Gnostici spermate humano & sanguine menstruo in suis sacris usi fuerunt, dicentes de illo: τότε εσί τὸ σῶμα Χριστοῦ: τότε εσί τὸ αἷμα Χριστοῦ.

§. III. Sec. 3. *Clemens Alexandrinus* immoderato allegoriarum studio, i. sanguinem Eucharisticum interpretatus est de sanguine uvæ è Genes. 49, ii. Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ pallium suum lib. 2, Pædag. c. 2. 2. CHRISTO duplēcēm affinxit sanguinem, alterum corporalem, quo simus redempti, alterum Spiritualem, quo inungamur, & in Eucharistia potemur. 3. Docuit, CHRISTUM nobiscum uniri solo spiritu. 4. Manducationem & bibitionem Sacramentalem statuit merè allegoricam. Sie discipulo & successori Clementis, *Origini*, panis, quem CHRISTUS dicit esse corpus suum, fuit verbum, à DEO Verbo procedens, & animam cibans; potus, de quo CHRISTUS: hic est sanguis meus; verbum potans animam, super cap. 26. Matth. ut & Homilia 7. & 9. super Levit.

§. IV. Seculo 4. initium aliquod communionis sub una, seu ποτηριοκλεψίας fecerunt, qui bibentes in Ecclesia de poculo DOMINI, panem sacratum domum secum apportarunt, quem postea sumpererunt aliquando post satis longum temporis intervallum, sicuti de Eremitis Basilius refert. Quæ tamen consuetudo per Concilium Toletanum primum abrogata est, reducta communione ad formam institutionis, ut in Ecclesia, ubi utraque species dispensabatur, Eucharistia consumeretur. Adhæc otiosa simul & odiosa δέσμωσις Ecclesiam Græcam collisit cum Latina, ut Latini Græcos Azymitas, quod panem adhiberent azymum, Græci contra Latmos Fermentarios, quod panem usurparent fermentatum,

exse-

execrarentur. Quæ consuetudo duravit usque ad Alexandrum I. decernentem, ut oblatio fieret ex azymo. Deputavit quoque panis azymi usum in Adiaphoris, Episcopus quidam Graecus in Concil. Florent. 1439. ista prolocutus: *De pane, sive azymus sit, sive fermentatus, Græci non curant, dummodo ex tritico constet.*

§. V. Sec. 5. *Mænicæ*, qnia vinum detestabantur, & corpus CHRISTI, ceu phantasticum, vero sangvine privabant, sumptione unius speciei acquiescendum judicabant. Sed Leo Pontifex serm. quadrages. 4. sacrilegium vocat, si quis è calice sangvinem redemptionis nostræ haurire declinet. Postea tempore Gelasii cum iterum tentaretur mutatio communionis sub una ab hominibus superstitionis, superstitione hæc mox repulsa, & ab Ecclesia explosa fuit Can. de Consecrat. dist. 2. Deinde metu periculi effusionis, panem consecratum in poculum benedictionis intinctum communicantibus dederunt, pro complemento communicationis, imitatione moris antiqui, quo in communione parvolorum & infirmorum, quandoque intinctam & infusam Eucharistiam inevitabilis casus necessitatis commendare visus est, porrigebatur. Sed decretum à Julio in Epist. ad Episcopos Ægypti, ne quid contra iustitionem CHRISTI innovaretur. Idemq; seculo 6. in 3. Concilio Bracarense confirmatum fuit. Sec. 5. insuper κορμα Eucharisticum, tanquam rem absolute necessariam, postulavit Alexander I. Pontifex Rom. de consecratione dist. 2, occasione consuetudinis Regionum Orientalium, vinis generosissimis, ideoq; affusa aqua temperandis, abundantium, nec non primitivæ Ecclesiæ, in qua ἀγάπη h. e. convivia, quæ communionem sacram excipiebant, magnâ sobrietate apparabantur, de reliquiis panis & vini, assusat aquâ, ne gentes cavillandi ansam sortirentur, cœnam Dominicam crapulæ & ebrietatis ergo celebrari. Quod ita probatum fuit Julio, ut unâ vim Cramati huic assignarit mysticam, unionem fidelium cum CHRISTO non saltem repræsentandi, verùm etiam efficiendi & procurandi ibid. Tunc etiam disputationem Clementis & Origenis in proscenium reductam fuisse, partim per Nestorium, partim per alios liquet è Cyrilli lib. 10. sup. Johannem c. 13. & declarat. Anathematis II.

§. VI. Sec. 6. absolutum omni ex parte & consummatum vidit Drama Missæ Pontificiæ, totum Sacramentum convertentis in-

A 2

saci-

sacrificium, nec sensu veterum, quo denotabat sacram actionem, divinitus institutam, in recordationem unici sacrificii CHRISTI, in cruce semel oblati, sed propitiatorium, meritorium & applicatorium. Ad cuius integritateme Innocentius & Durandus quatuor requirunt, Personas, Opera, Res, Verba; intelligentes, per personas celebrantes, ministrantes, circumstantes: per opera, gestus, actus, motus: per res, ornamenta, instrumenta, elementa: per verba, modulations, orationes, lectiones.

§. VII. Sec. 8. è sinistro intellectu phrasium, quibus veteres panem signum, vinum figuram appellârunt, nonnulli panem & vinum in talia mutarunt signa corporis & sanguinis CHRISTI absentes, qualia olim in T. V. sanguis sacrificiorum, & serpens æneus suppeditârunt, refutati à Damasco lib. 4. Orth. fidei c. 14.

§. VIII. Sec. 9. denuò patrocinium Tropistarum, substantiam potiorem Eucharistia excludentium suscepereunt, Bertramus, Johannes Scotus, ordinis Benedictini Monachus & Paschasius.

§. IX. Sec. 10. Cum corruptelæ verbi divini majori subinde diluvio orbem inundarent, ordo Cluniacensis rursus instituit intimationem, at contra morem Ecclesiarum reliquarum.

§. X. Sec. 11. Prodixerunt Transubstantiatores, Lanfransus, Hombertus, Algerus, Albericus, contendentes speciebus panis & vini solùm residuis, elementia ipsa, ad recitationem verborum Testamenti penitus evanescere, & in substantiam corporis & sanguinis Dominici transmutari. Quibus se opposuerunt Exsubstantiatores, duce Berengario, Diacono Andegavensi, immodico disputationis fervore in alterum extremum prolapsi, juxta versiculum: Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdim; cum nihil in cena relinquente, præter nudum panem & vinum, corpus autem & sanguinem CHRISTI exiguo cœli spatio includerent, condemnati in Concil. Vercelliensi & Lateranensi gemino. Ac combussit quidem in ultimo libros suos Berengarius ipse, & palinodiam cecinit: Sed paulò post ad veritatem rediit: cumq; denuò anathemate à Concil. Rom. percuti esset, vocem emisit, jam in fati limine constitutus, desperationis plenissimam: Hodie apparet mihi DOMINVS, propter pænitentiam, ut spero, ad gloriam, vel propter alios, ut timeo, ad pænam.

§. XI. Sec. 12. una cum Scholastica Theologia cæptum in Gallia

Gallia disputari de modo transmutationis: an eset formalis, an substantialis, an alterius generis? aliis aliud asserentibus. Primus a. fuit Innocentius III, qui modum definivit in Concil. Lateranensi, & dogmati novo novum addidit titulum transubstantiationis, quod transeunte substantia, sola remanerent accidentia. Hinc quæsumus à Scholasticis: an accidentia, quæ post annihilatam panis & vini substantialiam eadem numero supersunt, innitantur corpori CHRISTI, vel aëri circumfuso, an verò existant per se, nulli inhærentia subjecto? an transeunte formâ panis, remaneat materia, sicut materia alimenti sub formâ alimenti nutriti reperitur: an verò transeunte materiâ, relinquatur forma: aut num tota substantialia panis & vini, in substantialiam corporis & sanguinis convertatur? Item: an materia panis mutetur in materiam corporis CHRISTI, & forma illius in hujus formam: an verò quodlibet transeat in quodlibet? quomodo accidentia, quibus nulla subest substantialia, possint agere aut pati, nutrire & corrumpi? an substantialia panis annihilata eadem numero possit redire? quid mus rodens panem deglutiat? an exenterandus, &c. &c.

§. XII. Sec. 13. demum manifesta mentio fieri cœpit inventæ alicubi particularis consuetudinis, communicandi poculum sub una, propter periculum effusionis. Accessit publica & solennis celebrazione superstitione & idolatria horrendi Festi Corporis CHRISTI, autore Urbano IV. provocante ad singularem revelationem, quam à muliere quadam in minoribus adhuc constitutus accepisse scribitur.

XIII. Sec. 14. erroris Berengariani sementem aliquam in Anglia fecit Wiclefus, negans corpus CHRISTI in Eucharistia realiter adesse, & propositionem: Panis est corpus CHRISTI; comparans isti: Johannes est Elias.

§. XIV. Sec. 15. Concilium Constantiense edictione plus quam basilicâ, & prætoriâ autoritate, communionem sub unâ impegnavit: Lieet CHRISTUS, inquiens, suis Discipulis administraverit sub utraque panis & vini specie venerabile hoc Sacramentum: Tamen hoc non obstante, consuetudo communionis sub una tantum specie nunc pro lege est habenda.

§. XV. Sec. 16. Hæresium animadvertisimus feracissimum. Wiclefi vestigiis institerunt in confessione Regi Uladislao exhibita

Waldenses, tandem tamen, hortatu Lutheri, ipsius Orthodoxiam amplexi. Quotverò & quantas turbas Sacramentarii mox civerunt, quos ab autore primo Zwingianos, à primario Calvinianos nuncupamus, nec immerito, ob opinionum varietatem, animal quoddam πλυκέ Φαλον, sibi quidem constans, quā sententiæ nostræ negationem, non autem quā suæ declarationem, cum verborum cœnæ: Hoc est corpus meum, violentissimas & diversissimas interpretationes, vel contorsiones ab iisdē confictas numeraverint 28 Pelargi adhuc nostri Corollaria, disputationi de fractione panis adjecta. B. Menzerus in ordinem aliquem tam diversa glossemata redacturus, ad tres classes illa refert, ad Grammaticam, in Grammatica vocatione & explicatione sitam, Rhetoricam, consistentem in tropis, & Logicam, residentem in dispositione propositionis C H R I S T I. Ad classem I. pertinet primò Carolostadius, qui verba CHRISTI: Hoc est corpus meum; sic distinxit, ut sententia finiatur post verbum edite, quam deinde excipiat nova propositio: Hoc, quod in mensa assidet, est corpus meum. Secundò, quicunq; per δεινήν τον hoc indigitant solum panem, quod plerisque Sacramentariis arridet, ut robur accedat ficto Canoni: disparatum de disparato propriè prædicari nequit. Tertiò Johannes à Lasco, Nobilis Polonus, pronomine hoc putans totam denotari actionem. Quartò qui pronomen Q U O D exponunt per quatenus, Orthodoxus scil. consensus, Piscator, Gruneus, Bucanus, Trelecatius, ut obtineant corpus CHRISTI non ratione substantiæ, sed respectu salutaris efficaciæ, quatenus in mortem traditum fuit, in S. Cœna adesse. Quintò, qui, referente Luthero, verba cœnæ sic ordinârunt: Accipite, edite, quod pro vobis traditur, est corpus meum. Sextò qui verba: Hoc Poculum est Novum T. in meo sangvine; Solæcismi accusant, ut Beza & Vorstius. Ad classem II. spectant 1. Zwinglius, verbum EST interpretatus per significat, quam glossam à nocturno monitore sedidicisse gloriatur; avidèq; arripuit Beza, Lavaterus, Paræus. 2. Oecolompadius tropum collocans in prædicato, & corpus per metonymiam, plerisq; Calvinianis probatam, pro signo corporis poni existimans. 3. Qui corpus explicant per μημόσυνον corporis. 4. Qui per corpus tessera & sigillum quoddam, vel pignus corporis innui opinantur, ut Polanus. 5. Qui corpus pro efficacia corporis sumunt,

munt, ut *Calvinus* & *Ramus*. 6. Qui per corpus jus & societatem corporis promitti contendunt, ut iterum videtur *Johanni à Lasco*, 7. Qui corpus accipiunt pro instrumento offerente fidelibus corpus CHRISTI. 8. Qui voce corporis synecdochice totam personam CHRISTI designari malunt. Ad III. denique classem revocandi restant qui in ipsa connexione terminorum improprietatem tropicam querunt, & vel metonymicam prædicationem comminiscuntur, vel compositionis rationem pro impropria venditant, ut *Goclenius* & *Kekermannus*. Ομοθυμαδοι tamen CHRISTUM substantiam corporis & sanguinis sui hisce in terris adesse inficiantur: Manducationem oralem mere Capernaiticam proclaimant: particulas In, Cum, Sub, in mysterio Sacramenti explicando aversantur: Impios nunquam fieri participes corporis CHRISTI asleverant: Panes orbiculares & azymos improbant: Symbola Eucharistica sua sumere manu communicantes jubent: Fractionem panis inevitabiliter in usu Cœnæ necessariam fingunt: nec licere ægrotis domini Eucharistiam administrare, disputant.

§. XVI. Orbant insuper Eucharistiam substantiam potiori, Re cœlesti, imò omnibus unà beneficiis Spiritualibus, præter Arminianos, Anabaptistæ, Sociniani, Svenckfeldiani. Sic enim Svenckfeldius in Epist. ad Ducissam Pomeraniæ Annam: Des HErrn Nachtmahl und seine Gnade ist nicht hie und da an Zeit und Stelle gebunden, es wird aber gehalten/ da der HErr Christus sitzt und regieret mit seinem Vater in der Glory und Ehre. Et paulo post: Das wahre Nachtmahl hat der HErr bereitet im Himmel in Ihm selbst / und nicht in den Creaturen hie und da auff Erden / wie dann auch der Leib und Blut Christi nu nach dem verbrachten Amt der Erlösung im Himmel ist / und keines weges außer dem Himmel ist und bei den Creaturen kan genossen / gessen und empfangen werden/ wie dann auch solches Fürgeben ohn alle Schrift und Göttliche Wahrheit/ ja/ lauter Menschliches Gerichte ist/ welches unser heiliger Christlicher Glaube gnugsam zeiget / da wir bekennen / auffgestiegen zu den Himmeln/ sitzend zur Rechten Gottes/ von dannen Er künffig ist zu richten die Lebendigen und die Todten/ sc. lib. I. Epist. p. 390. Conf. Epist. 64 p. 409. Conf. etiam Socinus libr. quod Evangelici se Socinianis adjungere debeant cap. 4. p. 10. Cateches. Racoviensis

Germ a-

Germanica c. 3. Ostroodus in Institut. Germ. c. 38. Smalzius contra
theses Franzii p. 327. & disput. 12. thesi 77. Conf. itidem colloqu.
Frankenth. & Embd. Armin. Artic. perpend. p. 38.

§. XVII. Weigelii judicio, distribuitur quidem in S. Cœna
corpus CHRISTI, sed non terrenum, quod in cruce pependit, ve-
rū aliud cælestē, cuius participatione homo essentialiter uniatur
cum DEO, part. 2. Postillæ pag. 114. Also muß man zum Heiligen
Machtmahl Brod nehmen auß der Erden und Wein vom Holze /
anzuzeigen / daß man Christum nicht allein nach dem Geist esse und
trincke/ sondern auch leiblich mit seinem Fleisch und Blut/ aber nicht
das irrdische Fleisch und Blut auß der Erden; sondern Christi
Fleisch und Blut / das da Himmelsch ist. Conf. p. 130. & partis 1.
Postillæ p. 225. & 214.

§. XVIII. Anno XC. Sec. superioris medium aliquod duabus
extremis sententiis, Lutheranorum de substantiali præsentia, & Cal-
vinianorum de totali absentia corporis ac sanguinis CHRISTI in
Cœna, præsentiam nempe *Spiritualem* & *communicativam*, interpo-
nere eonatus est, & panem pro instrumento gesit, per quod partici-
pes corporis CHRISTI reddamur, Petrus Streuberus, Crypto-Cal-
vinianus, utut se neutralem, Germanicè *Unpartenisch* vocet. Invol-
vit autem grandi contradictione semetipsum, dum sibi inventum
hoc Thrasonicè arrogat, & tamen scribit: Sunt viri certè egregiè
docti & magnæ authoritatis, quibus me nullo modo comparo, qui
aut ubiquitatē generalem seu absolutam defenderint, & adhuc de-
fendunt, & ceu fundamentum præsentia corporis & sanguinis CHRI-
STI in S. Cœna substernunt, eamq; in formula Concordiæ compre-
hensam esse volunt: aut Calvini sententiam defendunt. Neutra
rò sententia probata est iis, qui Augustanam confessionem sano sen-
su amplectuntur. E. aut alterutra erit vera, aut media aliqua inter
utramque constituenda. Quamobrem jam ad Lutheri, jam ad For-
mulæ Concordiæ, jam D. Hunnii, jam ad Academiæ Juliæ, jam ad
Bellarmi ipsius consensum provocat. Nec reipsa aliquid affert
novi. Disertè enim Theodorus Beza in lib. quæst. & responsionum
Selneccero oppositis non saltem in Sacramento Cœnæ spiritualem
corporis CHRISTI præsentiam & perceptionem concedit, men-
tiumq; nostrarum evolatum in cœlum postulat, consentiente Anto-

nio



nio Sadeele in Tract. de spirituali & sacrament. mandatione, & pa-
nem pro instrumento habet, per quod fruamur carne C H R I S T I.
Primus saitem Streuberus extitit, qui communicatiū p̄f̄sentiae incep-
tum terminum commentus est, cum Apostolus panem benedictum
κειμενίας σώματος Χειρός appellat 1. Cor. 10. Neutralitas lau-
dem sanè aliquam meretur in judice Politico, cuius est ὁ μέρος αὐτο-
ῦτος: at, sicuti Solon apud Plutar: inquit: ἀπιμονένοι τὸν ἐν σάσῃ
μηδετέρος μετέρος γενόμενον, cum unumquemque bonum civem
deceat communibus Reipubl. miseriis affici, illasq;, quoad fieri po-
test, sublevare: Sic alienum ab officio boni Christiani, nulli adhære-
re in negotio fidei controvertentium parti, neque improbare σκο-
λιόδοξίας, neque approbare ὁρθοδοξίας. De talibus Neutralistis
lata modò sententia est in foro poli Apocal. 3, 15. quia tepidus es, &
nec frigidus, nec calidus, evomam te ex ore meo.

§. XIX. Sed neque sicco pede prætereundæ nuperrimæ Schi-
smaticorum Helmstadiensium lites, Hornei & Calixti. Calixto nec
Calvinianorum, nec Pontificiorum errores, vel salutem impediunt,
vel Syncretismum. Im gutachten thesi 76. (2) Poteſt quis usur-
pare S. Cœnam in utriusq; ſectæ coetu, In der Verantwortung p. 275.
(3) Dogma Lutheranorum de Omnipræſentia corporis C H R I-
STI, horribilius eſt magisq; detestandum transubſtantiatione Ponti-
ſiorum, & doctrinā Calvinistarum de Cœnā DOMINI. Im gut-
achten theſ. 45. (4) Controversia, quæ inter Noſtrates agitatur
& Calvinianos, tantum concernit præſentiæ modum, non iſtam præ-
ſentiam & perceptionem corporis CHRISTI. Im gutachten th. 70.
(5) Ex institutione Sacramenti Cœnæ non liquet, an corpus CHRI-
STI per transubſtantiationem adſit, an verò modo alio in Epift. ad
Landgravium. (6) CHRISTUS in mandatis tradidit, ut non fal-
tem passionem memoriam recolamus, ſed gestibus etiam adumbremus,
de ſacrificiis theſ. 394. (7) Sacramentum Cœnæ veriſimum eſt ſa-
crificium, & certum flagitat ſacrificandi ritum externum, de ſacrifi-
ciis theſ. 47. (8) Sacrificium Missæ Pontificiæ, nec AntiChristianus
eſt, nec ſaluti noxijs error, ibidem. Horneio denique corpus C H R I-
STI, non adest in S. Cœna, virtute ſibi per unionem personalem com-
municatā, ſed per peculiarem quandam Omnipotentiam divinam,

B

quæ

qnae efficiat, ut corpus CHRISTI localiter sit multipræsens. in Disp.
de verâ præsentia.

§. XX. Cæterum enarravimus hanc tantam certaminum Eucharisticorum varietatem, ut pateret luce meridianâ clarius I. Quâ fronte Wendelinus consensum Calvinianorum cum Nostratis, de VERA PRÆSENTIA corporis CHRISTI in Coena, jactet, ac extremitate impudentem vel rudem eum detestetur, qui neget Orthodoxyos (Calvinianos) VERAM CORPORIS AC SANGVINIS CHRISTI PRÆSENTIAM IN SACRA COENA ASSEVERARE. Exercit. 103. §. 1. 4. & 9. II. Quibusnam Hæreticis opinionis suæ natalia debeat, quibuscum fanaticis καὶ ἀληθινοῖ idem classicum hic inslet. III. Quo jure, vel injuriâ, non minus Lutheranorum præsentiam, quam Pontificiorum CAPERNAITICÆ mancationis ministram, piæ vetustati ignorantiam, ibidem proclamat, spretâ protestatione B. LUTHERI Tom. 3. fol. 194. Wir mögen ja nicht Capernatten seyn/ denn wir beydes behalten/ leiblich und geistlich essen / der Mund ißet den Leib Christi leiblich / denn er kan die Worte nicht fassen / noch essen / und weiß nicht/ was er ißet / schmecket ihm gleich/ als ob er etwas anders denn Christus Leib. Aber das Herz fasset die Worte im Glauben/ und ißet eben dasselbe geistlich / das der Mund leiblich ißet. Denn das Herz sihet wol/ was der unverständige Mund leiblich ißet/ woher siht es aber? nicht vom Brod/ noch vom essen des Mundes/ sondern vom Wort/ das da steht/ Esset/das ist mein Leib / und ist doch einerley Leib Christi / denn beyde Mund und Herz ißet/ ein jegliches auff seine Maß und Weise / das Herz kann nicht leiblich essen / so kann der Mund nicht geistlich essen / so machts nun Gott gleich/ daß der Mund für das Herz leiblich / und das Herz für den Mund geistlich esse/ und also beyde von einerley Speise gesättiget und seelig werden / re. Ut imprudentia & inverecundia Wendelinus non cedat Sociennis, qui Lutheranæ doctrinæ, utramque, tam Symbolorum terrenorum, quam bonorum cœlestium, substantiam salvam in Eucharistiâ & integrum proponentis, & corpus sanguinemq; CHRISTI, non nisi mediante consecrato pane & vino, sacri hujus epuli convivis offerentis, originem, è Papatu, tum panis benedicti, tum vini substantiam prorsus abolente, nudamq; ac inanem speciem materiæ terrestris sensibus objiciente, deducunt.

Fate-

Fatetur quidem B. LUTHERUS in libro de captivitate Babylon. se occasionem cogitandi, annon satius sit credere præsentiam panis & vini, cum corpore ac sanguine CHRISTI, in Eucharistia, quam nudorum accidentium panis & vini, hausisse è scriptis Petri de Aliaco Cardinalis Cameracensi. Ast cum statim addit: Se deprehendisse simul sententiam Cardinalis magis consentaneam verbis institutionis, quam alteram illam, nequaquam causam reticet, cur cohibere assensum moluerit. Eaq; simul unâ & eâdem operâ in aprico ponit antiquitatem Orthodoxiae nostræ maximam. Ut enim ubique à mās antiquissimum, verissimum; ita ex adverso verissimum quodq; dogma, antiquissimum censeri meretur. Quamobrem cum nunquam veritatis cœlestis testes defuerint, ne quidem sub densissimis & plus quam Cimmeriis, aut Ægyptiacis Papatus tenebris, tum eorum, qui subinde corruptelis etiam Coenæ Dominicæ Martio animi robore contradixerunt, sat prolixum texere catalogum in proclivi foret. Quid quod ipsi Cardinali Cameracensi, ad indagandam veritatem, de superstite in S. Coenâ materiæ utriusque, terrenæ & cœlestis, substantiâ, viam præire aliquot potuerint scriptores Pontificii, præter Gelasium videlicet. Episcopum Rom. lib. adversus Eutychen & Nestorium, Sæcurus lib. 4. sentent. dist. II. qv. 3 Durandus 4. sentent. qv. 6. & lib. 4. sentent. dist. II. qu. 6. Ante Papatum autem de piæ vetustatis seu B. Patrum ομοψηφια, si dubii spina quenquam pungat, adeas is & audiat è Sec. I. Ignatium in Epist. ad Smyrn. E II. Dionysium Corinthium lib. de Hierarch. Eccl. c. 3. Justinum in Apolog. 2. pro Christianis. Irenæum lib. 4. c. 34. E III. Tertullianum in Apo- lypt. Cyprianum in serm. de Coenâ Dom. E IV. Cyrillum Hierosolymit. Catech. mystag. 4. Ambrosium lib. 4. de sacram. c. 5. Hilarius lib. 8. de Trin. Hieronymum ad Hesibiam quæst. 2. Gregorium Nazianz. Orat. 2. in Pascha. E V. Augustinum in sententiis Prosperti, Chrysostomum Homil. 24. in I. ad Corinth. Hesigium lib. 2. in Levit. c. 8. Theodoretum Dialog. 3. E VII. Bedam super I. c. Joh. Ex octavo Damascenum lib. 4. Orthod. fid. c. 14. E IX. Theophylactum in c. 26. Matth. E XII. Bernhardum in serm. de Coena Dom. & de vita Malachiae &c.

S. XXI. STATUS CONTROVERSIÆ accuratissimam meretur observationem, dupli nomine i. Quia Wendelinus

B. 2.

linus eam unicè in curam incubit, nt illum transponat, miris & quievocationibus & fallaciatur involucris intricet, variisq; ambagibus & anfractibus impeditam det ac perturbatam, dum peculiari exercitatione numero 203. probandum recipit, veram corporis **CHRISTI** præsentiam in Cœn. Dom. à Calvinianis non negari, more Parastatis antiquitus perquam familiari. Nota xviiiæ Calvini lib. 4. instit. c. 17. Omnid, inquietis, piis isthæc tenenda est regula, quoties symbola vident à DOMINO instituta, illis certæ rei veritatem adesse certò cogitent, & sibi persuadeant; ac nihilominus docentis, corpus **CHRISTI** solo cœlo contineri, unde ad nos defluat illius vis, efficacia & vigor, per canalem duplicem, spiritum s. & sacramenta: exhiberi corpus **CHRISTI** in Cœna SECUNDUM VIRTUEM, NON SECUNDUM SUBSTANTIAM, defensione 2, contra Westphalum.

§. XXII. Nota calliditas Perkinsi controver. 10. c. i. scribentis, corpus **CHRISTI** realissimè in cœnâ exhiberi his in terris, nec de ipsâ præsentia corporis & sanguinis in Cœnâ, sed de modo duntaxat quæstionem esse.

§. XXIII. Nota protestatio Pezelii lib. de Cœna p. 44. Objeti hujus κειμενίαν non tantum Divinitatem existere aut spiritum, aut meritum, aut efficaciam corporis, sed ipsam **CHRISTI** carnem & sanguinem: contrarium suis per calumniam tribui.

§. XIV. Nota tergiversatio Tossani, qui postulatâ fidei confessione, à Consiliariis Würtenbergens. prius consensum cum Augustanâ confessione per omnia egregiè simulavit, quām indefesso horatu Consiliariorum excitatus, tandem in hæc verba eruperit: *Fateor me vobiscum non consentire.*

§. XXV. Notum artificium, quo Dantisci, antequam ad Spar tam Ecclesiasticam admittantur Reformati, notulæ Calvini, Bezae & Zwingiani doctrinam palam rejicienti Artic. 13. Zum drenzehenden halten wirs auch nicht mit dem Zwinglio/Calvino und allen andern / so die Worte unsers HErrn und Heylandes J. C. im Heil. Abendmal: Das ist mein Leib/das ist mein Blut/nicht wie sie laugen verstehen und annehmen: sondern dieselben figuratè oder verblümpter Art und Weise vom abwesenden Leib und Blut zu deuten sich

fich unerstehen / ic. subscribunt, postea verò nil citius Leteo flu-
mine submergunt, nil minus in rem conferunt.

§. XXVI. Nota fraus Bezae, qui cum in Nostrates, veræ ac
realis præsentia corporis Dominici assertores, tot lingvæ virulentæ
tela ejaculetur, ut, si quis convitiorum Architecti, vel calumniæ ipsi-
us imaginem pingere vellet, ad hunc mittendus foret, quiratur ta-
men, magnâ se injuriâ affici, si putetur, substantiam corporis C H R I-
S T I è Cœna tollere, profitetur, corpus & sanguinem CHRISTI reipsâ
hîc adesse, eidemq; nos arctissimè uniri: præ se fert indignationem
summam, si quis illi tribuat Cœnam Dom. sanguine ac corpore CHRI-
STI vacuam, vel signa mysteriorum, panem & vinum, vacua sangu-
ine ac corpore CHRISTI. Interdum hâc utitar cum Contribulibus lo-
cationis idêa: In usu Cœnæ Dom. verè, reipsâ, substantialiter, sive
in ipsâ substanciali, verum corpus ac sanguinem CHRISTI ineffabili mo-
do adesse, exhiberi, & sumi à communicantibus: panem ita dici cor-
pus CHRISTI, ut columba appellari poterat Spiritus S. & ignis in ru-
bo JEHOVAH. Perstrinxit quippe eum in modum clarissima lux
verborum institutionis Antagonistæ oculos, ut vel invitis illapsa fœ-
rit. Quod non dissitetur Beza, cum scribit: Si verbum DEI de his
quæritur, nullum sane expreshus habemus, & in quo lubentius acquie-
scamus, quam ipsius CHRISTI institutionem: Hoc est corpus meum;
Hic est sanguis meus. Ast, licet phrases adhibeat orthodoxas, sem-
per tamen ὑπὸλεν, sensumq; heterodoxum fovet: vox est Jacobi,
manus Esavi; ὅμοια λαλῶν, ἀνόμοια Φροντὶς; turpemq; oris & cor-
dis discordiam prodit, ad exemplum Hæreticorum veterum, Arii,
Pelagii, Samosateni, Nestorii. Negat enim ad præsentiam & percep-
tionem substancialis carnis Christi opus esse, ut eo ipso loco caput Chri-
stus constituatur, ubi membra sunt: requiri ad conjunctionem no-
stricum carne Christi ipsarum substancialium appropinquationem, cum
queamus illa partisparsa, etiam si tanto intervallo à nobis removeatur,
quanto supremum cœlum distat à terra: conjungi nos cum carne
Salvatoris per fidem, eumq; modum longè præstantiorem existere,
quam si statuatur, substantialiter adesse. Vid. Epistol. 79.
quæ sit præsentia corporis, manifestè intelligimus & percipimus ex
verbo DEI, sicut videlicet res cogitata est præsens cogitationis,
res credita est præsens fidei. Nam alioquin si præsens id dics-



tur, quod est præsentis loco situm, tum corpus verè dicimus
à nobis, i. e. ab eo loco, quo versamur, tanto intervallo abesse, quanto
abest cœlum à terra, cum illud quidem sit in cœlo, nos vero in terra.
Quasi non omnium Sanctorum animæ hoc pacto in Cœna adesent,
dummodò quis cogitet, illas in cœlo beatâ DEI visione frui. Unde
verba institutionis: *Accipite, comedite, hoc est corpus meum:* isto
interpretamento depravat: *Ascendite fide in cœlum, & cogitate,*
ibidem versari corpus meum. Quasi jam in primâ Cœna, cum cor-
pus adhuc mensæ assideret, in cœlum fuisset enectum. Sed aliud
quoque iniquitatis mysterium Beza pandit. Quia corpus CHRISTI
unitum sit Divinitati & λόγῳ, quæ tam terram quam cœlum impletat,
etiam corpus CHRISTI per Spiritum S. in terris nobis præsto esse,
juxta regulam Geometricam: *Quæ in uno tertio conveniunt, eadem*
inter se conveniunt. Quasi hæc ratione non oporteret singulorum
Sanctorum corpora, singulis in locis, in quibus Eucharistia celebra-
tur, pariter præsentia sisti, cum & hæc templa Spiritus S. fuerint, I.
Cor. 3. & 6. Hinc à Geometricis conjunctionibus ad Pharmacopæ-
orum & Pistorum officinas confugit, & probaturus, posse nos cor-
pore CHRISTI pasci, etiam si substantiam ejus non percipiamus, ar-
gumentum pètit ab expresso succo panis, qui non minus famem com-
pescere queat, quam crassa panis substantia. Quasi de posse, non de
rō esse, non de rō velle Salvatoris questio moveatur. Notū specimen
prudentiae secularis, quod edidit idem Beza cum Farello, ad impe-
trandam à Duce Würtenberg. intercessionem ad Regem Gallie, pro
dimittendis quibusdam Reformati carceri inclusis, exhibita confes-
sione, nostræ prorsus conformi, & repositâ, ad increpationem Hel-
vetiorum, hæc Apologiæ: *Opus fuisse pio dolo, ad liberandos fratres*
captivos.

§. XXVII. Imò nota sunt publica diplomata, quibus cantum
nonnullis in locis Calviniani voluerunt, ne sibi quisquam dogma de
absentiâ corporis CHRISTI à S. Cœna impostorum imputaret, re-
fer. Heilbrunnero in Synop. doctr. Calvin. p. 209. Ut, quod Lu-
therus olim pronunciauit de Personâ CHRISTI, idem extendendum
veniat & ad S. Cœnam: *Etsi adversarii (Sacramentarii) simulent,*
se hunc tenere articulum fidei, tu tamen noli illis credere, profecto
enim mentiuntur. Verissime idem Tom. 3. Jenensi, fol. 342. M. M.
griffes

greiffet / wie sie nicht wissen / was sie sagen / oder wie sie sollen den Leu-
ren eine Nasen machen / lieber ein sicher Gewissen / das der Sach ge-
wiss ist / fügelt oder fezelt nicht also. Es sagts frisch und dürre her-
aus / wie es an ihm selber ist. Darumb gläube nur niemand ihrem
schweren und rühmen / sie lügen gewißlich. Et in Ep. ad Francofur-
tenses. An. 1533. prescripta : Sie (die Calvinianer) wischen das Maul /
und drähen die Worte anders / und behalten gleichwohl die vorige Mehe-
nung und Gebrauch. Sagen mit dem Munde / es sey Christus
Leib und Blut warhaftig gegenwärtig im Sacrament. Wenn nun
solches der einfältige Mann höret / so dencket er / sie lehren gleich wie
wir. Die heimliche Glosse aber und der heimliche Verstand ist der /
dass der warhaftige Leib und Blut Christi sey wohl gegenwärtig im
Sacrament : aber doch nur geistlich und nicht leiblich : wird auch
allein im Herzen mit dem Glauben empfangen / und nicht leiblich mit
dem Mund / welcher empfahet eitel Brod und Wein / wie vorhin.
Siehe / ist das nicht ein teuffelisch Gauckel - spel mit den Worten
Christi getrieben / und die einfältigen Herzen so schändlich umb ihr
Sacrament betrogen und beraubet ?

XXVIII Anteponeamus igitur longè candor aliorum a se clas-
sum, qui quod corde clausum tenent, aperte profitentur, Zwinglium
puto, quo de Hespinianus part. 2. Histor. sacramentar. fol. 181. Pas-
sim inculcat, carnis & sanguinis nominibus, mortem ipsam significari.
Confer lib. de verâ & fals. Relig. ubi sic legimus : *Sacmenta tan-
tum esse signa & ceremonias, quibus se homo Ecclesiae prober, ut con-
stet ipsum esse candidatum, aut militem CHRISTI : & confessionem*
Carolo V. Augustæ exhibendam Anno 1530. p. 245. ubi negat, ipsum
corpus Christi naturale realiter in cœna adesse. Perrum Martyrem in
Dialogo : mihi & meis exprobras, quod è Cœna corpus & sanguinem
Christi conemur ejicere. Calumniaris hæc dicendo, non doces, neque
quicquid sentias, profers. Cum enim vos non lateat, nos monstruosæ
vestræ præsentia in Cœna corporis & sanguinis Christi non assentiri,
cur dicas, nos conari id inde ejicere ? nisi fatui essemus, si conaremur
alicunde aliquid ejicere, QUOD ADESSE NON PUTAMUS.
Unde in colloq. Possiaceno noluit subscribere huic articulo ad conci-
lianda dissidia proposito : *Credimus & confitemur, in Eucharistiâ
verè & substantialiter adesse corpus CHRISTI : additâ detrectatio-*
nis

nis causâ: Respondeo pro mea parte: Corpus Christi non esse verè & substantialiter alibi, quàm in cœlo. Autores admonitionis contra librum Concordiae p. 109. queruntur, sibi tribui à nobis esum corporis Capernaiticum, qui corpus Christi laceret dentibus. At sæpè est illis responsum: NOS DE TALI ESU CUM ILLIS NON DISPUTARE, SED OMNEM INGRESSUM SUBSTANTIÆ CARNIS CHRISTI INTRA HOMINUM CORPORA, quantumvis subtilem, spiritualem, cœlestem, supernaturalem, vel contranaturalem, arcanum & incomprehensibilem fingant aut prædicent, NEGARE, tanquam cum verbo DEI pugnantem. Orthodoxum consensum fol. 24. Fatendum est sanè constare & illud, corporalem illam carnis Christi manducationem, sive subtili atque communitio illo cœlesti, sive etiam crasso & Capernaitico modo intelligatur, cum non sit vivifica, exclusam esse per hæc verba Christi: Caro non prodest quicquam. Piscatorem in quæst. Rheticis de verbis DOMINI: Hoc est corpus meum, p. 29. Hic querat fortassis quis ex me, annen concedam. verbis illis DOMINI: Hoc est corpus meum: significari aliquam corporis Christi præsenciam? non concedo inquam.

§. XXIX. Citavit etiam B. Gerhardus in Colleg. Anti-Wendel. tam Calvini & Bezæ, quàm Piscatoris & Martyris vocem, substantiam corporis Dominici extra sacram Eucharistiam proscribentem, claram satis & manifestam. Singulatum Wendelinum hoc constrinxit Syllogismo:

Quicunque removet corpus Christi 1. à symbolo sacramentali. 2. à sacramentariâ actione, 3. ab ipsis communicantibus. 4. ab ipsâ Cœnâ: ille nullam statuit corporis Christi præsentiam. At Wendel. removet corpus Christi 1. à symbolo sacramentali. 2. à sacrament. actione, &c. Ergo.

Regerit Wendelinus Exercit. 103. §. 2. ignorantiam vel negligenciam appassiorum proditis. Paucissimis me expedio, & facillimè è telis araneorum, qibus utut muscas fortean possitis capere, certè viros nunquam capietis. Et bi, quos allegatis Doctores Orthodoxi, & alii, qui similia scripserunt, non nisi monstruosam, ut Martyr loquitur, corporis ac sanguinis Christi præsentiam negant, & ex hominum phantasias ejectam cupiunt, cum omnipræsentia seu ubiquitate absurdâ. Præsentiam inquam, quam propinquitatem appellatis substancialem

Et adic-

Et ad id eorum, quā in , cum & sub minutis nummularibus & nebulis (hunc titulum scurra impingit placentulis nostris, è probatissimo critico confectis) ita Christi corpus esse fingitur, ut una cum iis ore capiatur, & oraliter manducetur: quam hyperphysicam, illocalem & invisibilem appellatis. Et §. 6. Etiam si memoria & recordatio est rerum præteritarum, & certo modo, sive substantialiter absentium, aut distantium: tamen duci in mentem, res præsertim sensibili organo animæ exhibitas, & præ sensu constitutas venire facit, menti aliquo modo præsentes sicut: quod imprimis de memoria seu recordatione fidei tenendum. &c. Igitur Eucharisticus panis etiam si locorum intervallo disjunctissimus est à corpore Servatoris, tamen id oculis mentis repræsentat, veraq; sive apprehendedum effert, quod & verbum effert. Statuit igitur nec Wendelin. aliam corporis Dom. in Eucharistiâ præsentiam, quām mentalem, h. e. idealem, intentionalem, objectivam, ratiocinativam, intuitivam, imaginariam, quā res cogitata præsens est cogitationi, ut Beza inquit. Quā verò transmarinâ sapientiâ, quo transalpino acumine præsentia talis rerum longissime absentium & disitarum, æquè pro verâ venditatur ac illa, quæ in adiutorio consistit? an Seraphicis hisce Doctoribus aliter in Eucharistiâ corpus Dom. exhibebitur, quām homo intelligendo omnia fit omnia, juxta Aristot. ? an proprius illud panis Eucharisticus continget, quām quidquid cum pane hoc concipere, sive in Africâ existat, sive in Americâ, libuerit? an verius corpus CHRISTI de cœlo attrahetur, & possidebitur à communicantibus, imaginatione, vel operatione mentis, quam Romanus Episcop. Thessalonicam, Corinthiam, Alexandrinam, aliasve provincias, dudum à Turcâ occupatas, mente & cogitatione suâ posidet? Scitè subtilissimus Scaliger Exercit. 307. sect. 21. Quemodo substantia defertur per sensum? nihil enim percipit sensus, præter accidentis: illud nemo unquam accepit auditione. Ludunt autem operam, qui ajunt: Ejusdem notionis esse speciem cum ipsâ rei substantiâ. Nam quibus machinis se intulit in sensum? quibus artibus substantia exiit à seipsâ, atque eadem manens, translata per diversa subjecta, penetrat ad intellectum, in quo sigat sedem? Præsentia vera, veraq; unio nulla datur absque termino. Terminus autem est unum indivisum. Quæ ergo unum indivisum non constituunt, ea propriè unita dici non possunt. Ait,

C

si unum

Si unum indivisum absolverent, quæ sibi adiutorias non sunt præsentia, sequeretur aπόπων απόπωταις, esse idem indivisum à se, & divisum à se. Indivisum, ratione unionis; Divisum, ratione localis disjunctionis.

§. XXX. Quicquid autem hujus fuerit, manet κενόμηνον, judice Wendel. & genuinus controversiæ status: An in Eucharistiâ, Corpus CHRISTI, pani benedicto adiutoriæ sit conjunctum? Affirmamus nos, non tamen de modo Physico locali, visibili; sed hyperphysico, mystico, Divino, illocali, sacramentali, qui ἀνέκθεσθαι, ἀνεκφύγει, ἀνεκδίηγεται; ὃ περ νόν, ὃ περ λόγον, ὃ περ πνοαν κατέληψιν κλησθεῖς φύσεως. Quam n. præsentiam in S. Cœnâ corporalem nuncupamus, ratione objecti, quod ὄντως scilicet in Eucharistiâ præsens sit, & distribuatur ipsum CHRISTI corpus, libenter spirituale agnoscimus, in sensu latiori, & mysterii plenissimam, ratione modi. Negat a. cum Calvin. reliquis ad unum omnibus Wendelin. à quo adiutoria hæc, monstrosa & absurdâ Exerc. 103. §. 4. & 8. nec tantum ἀπόπται τὴν ἀνεξερέγευσθαι, sed & ἀδύτατη τὴν ἀνθρώπου censetur. Interpretari a. præsentiam corporalem & adiutorias panis & corporis CHRISTI, à Lutheris assertam, per contactum corporalem, h. e. mutuam superficerum applicationem, ad amolendam contradictionem, est audacter, ut semper aliquid hæreat, calumniari. Id quod Wendelinus pudori non habuit Exercit. 104. §. 4. Videlis, quid me moverit, ut corporalem vestram præsentiam & adiutorias, per contactum fieri dixerim: quia nempe vobis fædisimam impingere contradictionem non sustinui: ne viderer in mentis vestræ sanitatem iniquior. Nos justiori de causâ dubitamus, an Wendelino sanum constiterit synciput, talia effutienti. Certè, nî nares & cerebrum pituita obruisset, è conditione corporum vulgarium, merèq; naturalium, non estimasset glorificatum & Deificatum corpus CHRISTI: è modo præsentiae locali & Physico, non dijudicasset illocali & hyperphysicum: nec mutuam superficerum applicationem, inter panem Eucharisticum & corpus Dominicum, affinisset illis, qui adiutorias rerum harum sublime mysterium creant & venerantur.

§. XXXI.

§. XXXI. Quantum adhæc delirii spirant sequentia: Non
me movent vestra, quibus contradictionis fæditatem palliare conam-
ui, quando præsentiam illam vestram & adiutoriorum panis & Domi-
nici corporis dicitis esse hyperphyticam, mysticam, sacramentalem, in-
comprehensibilem. Emplastra sunt, quæ ulcus contradictionis non
regunt, nedum tollunt, siculnea folia sunt, quæ dogmatis turpitudi-
nem non occultant, nisi apud eos, qui brutam vobis præstans obediens-
tiam, & omnia vestra absurdia, tanquam oracula, proni adorant. No-
bis nulla limitatione conciliantur, quæ simpliciter se evertunt: alio-
ter enim lusus fit, contradictione nulla est, neque fingi potest, &c.
Nulla si concedenda corporis CHRISTI adiutoria illocalis & my-
stica, citra contactum corporalem, & superficerum mutuam appli-
cationem, quid fiet de præsentia carnis CHRISTI ad $\lambda\gamma\omega$? Argu-
mentamur per $\alpha\pi\alpha\gamma\omega\gamma\eta\pi\tau\omega\pi\tau\omega$: Cuiunque corpus Christi
adiutorius est præsens, illi contactu jungitur corporali. $\Lambda\gamma\omega$ cor-
pus Christi contactu corporali non jungitur. Addat jam Wendeli-
nus conclusus. E. $\Lambda\gamma\omega$ corpus Christi adiutorius non est præsens.
En, quod vesaniæ Antagonistam spiritus vertiginis abripit! De ab-
surditate quippe conclusionis, non finit nos dubitare Symbolum Chal-
cedonense. Falsitate igitur & absurditate alteram quoque laborare
præmissarum oportet, cum ex veris præmissis, rite dispositis, non
nisi verum inferatur. At in propatulo sita veritas Minoris; siqvi-
dem $\Lambda\gamma\omega$ est spiritus, tam contactus corporalis, quam corporeæ
molis expers. Augebit proinde novâ occasione Calvinistica absur-
da major, quæ est Wendelinus.

§. XXXII. Porro nec parum momenti sicutum est, vel in solo
controversiæ statu, ad confutandas præcipuas objectiones, contra
præsentiam corporis & sanguinis Dominici, in Sacramento Cœnæ à
Nostratis assertam, Exercit, 105. subjectas, adeoq; ad dealbandos
unâ quasi fideliâ aliquot parietes. Corruit inter argumenta VLL.
quæ adduxisse Wendelinus satis habuit (cum veteres Zwingiani in-
tegris tribus objectionum centuriis aciem instruxerint, sed imbecil-
loribus longè, quam quibus pugnandum ipse judicavit) num. II. de-
promptum à primæ Cœnæ institutione. §. 7. Quia cum Christus de
mensâ panem sumeret, frangeret & distribueret, assedit unâ cum

Discipulis mensæ: non autem fuit In, Cum & sub pane, seipsum fregit In, Cum & pane, nec manibus gestavit. Syllogismi emergunt 3. & quidem hoc, si conclusio directè nostram ferire thesin debeat, tenore;

I. Quicquid in primæ cœnæ institutione mensæ assedit, id pani Eucharistico adiutoriæ non fuit præsens.

Corpus CHRISTI, in primæ cœnæ institutione mensæ assedit.

E. Corpus CHRISTI, pani Eucharistico adiutoriæ non fuit præsens.

II. Quicquid pani Euchar. adiutor. est conjunctum, id in primâ cœnâ manu de mensâ Christus sumpsit & fregit.

Corpus suum in primâ cœnâ CHRISTUS manu de mensâ non sumpsit & fregit.

E. Corpus CHRISTI pani Euchar. adiutor. non est conj.

III. Quicq. adiutor. pani Euchar. est unitum, id CHRISTUS in cœnâ primâ manibus suis gestavit.

Corpus suum CHRISTUS in primâ cœnâ manibus suis non gestavit. E. Corpus CHRISTI adiutor. pani Euchar. non est unitum.

Distingvimus quippe inter adiutoriæ localem & illocalem, Physicam & Hyperphysicam. De priori valet ubique Major, limitanda hoc pacto: Quicq. in primæ cœnæ institutione assedit mensæ, id pani Euchar. adiutor. non fuit præsens, scil. per inclusionem localem & inexistenciam Physicam. Quicq. pani Euch. adiutor. est conjunct. sc. per inclusionem localem, id in 1. cœnâ Christus manu de mensâ sumpsit & fregit. Quicq. adiutor. pani Euchar. est unitum, per inclusionem localem, id Christus in 1. cœnâ manibus suis gestavit. Sic concedimus totum; De præsentia nimis & in inclusione locali adiutoriæ panis Euch. & corporis Dom. nequaquam esse intelligendam. Negato a. certo adiutoriæ modo, non protinus adiutor. omnem adiutoriæ corporis Domin. negare licet. Dantur enim aliquot præsentiae modi, iijq; distinctissimi, corpori Salvatoris competentes.

Respi-

	$\Lambda\circ\gamma\sigma\nu$	Physica Matth.	Genera- lis,	Symbolica i. Cor. V, 10.
Respicit præ- sentia corpo- ris Dominici	Col. II, 9.	XXVII, 9.	Ephes. IV, 10.	Gratiosa, Ephes. III, 17.
Crea- turas		Hyperphysi- ca.	Specia- lis,	Gloriosa, i. Thes. IV, 17.

Si igitur in i. coenâ verè Christus dicere potuit: *Aecipite, comedite, hoc* (quod comedendum vobis offero) *est corpus meum:* non obstante situatione istius & præsentia locali ad mensam, quâ proportionatum dimensionibus suis spatium occupabat; quidnî eadem veritate ejusdem corporis copiam $\alpha\Delta\mu\sigma\tau\delta\gamma$ in Eucharistiâ facere, ac mediante pane, distribuere valebit, vi verborum institutionis, quotiescumque, & ubique ad præscriptum Salvatoris ritè celebratur? Suadet nobis & persuadet $\alpha\Delta\mu\sigma\tau\delta\gamma$ corporis Christi & panis Euchar. veritas infallibilis, & Omnipotentia Domini Sacramentum instituentis. Disuadet verò eandem Calvinianis, corporis Domini. locatio, quâ $\Delta\mu\gamma\eta\mu\alpha$ contiguum mensæ in coenâ i. trinas ipsius dimensiones circumscribebat. Ultra jam præponderabit? Ultriadhærendum? Christone, cujus verba, tum institutionis, tum promissionis, tum mandati, clariora sunt, quâm quibus tenebræ ullæ offundi queant: an rationi prætendentis $\alpha\Delta\mu\sigma\tau\delta\gamma$, ut ordinationi & promissioni divinæ respondeat eventus? Nos viridi memoriâ recolimus atque recollimus illud: DEUS potest $\delta\pi\epsilon\varrho\ \dot{\epsilon}\pi\epsilon\lambda\sigma\tau\delta\gamma$ quâm nos petimus aut intelligimus. Et rectè quidem ac ordine. Apostoli n. effatum est Ephes. III. Reù ergò teneamus, et si ignoremus modum: repugnantem verò divinis oraculis rationera, in obsequium fidei captivemus, juxta $\pi\mu\gamma\alpha\lambda\epsilon\sigma\tau\delta\gamma$ II. Cor. X. Wenn sie nun hätten wollen oder können antworten / solten sie uns beständiglich beweisen haben / wie Gott keine Weise wüste noch vermöchte/dass Christus im Himmel / nach den Augen / hoch droben / und das Abendmahl hie nieder auf Erden sey / ic. Aber Gottes Worte und Werke gehen nicht

nach unser Augen-Gesichte: sondern unbegreiflich aller Vernunft/
ja auch den Engeln. So ist auch Christus weder im Himmel/noch
im Abendmahl sichtbarlicher Weise / und wie die fleischlichen Augen
eewas hie und dort zu seyu urtheilen. Inquit Lutherus Tom. 3. Sen.
fol. 454.

§. XXXIII. Sed exemplum regerit Wendelinus, corporis à
pane loci intervallo, per naturæ finitatem, disjuncti, & tamen in pane
præsentis, à Agnætio divinâ, nullum Scriptura suppeditat. Affe-
rat ipse exemplum corporis, si à Dominico abeamus, in divinam hy-
postasin assumpti, aut agnoscat, necessum est, instantiæ suæ & contra-
dictionis vanitatem, futilitatem, nullitatem: In corpore Christi au-
tem, quâ præsentiam sacramentalem, aliquid singulariter mirabile,
& mirabiliter singulare, absque omni exemplo.

§. XXXIV. Syllogismos quod concernit, ab ipso Wendelino
formatos §. 8. Quod Christus propriè jusfit manducari, id de men-
sâ manu accepit, manu fregit & porrexit. At qui non corpus suum,
propriè dictum, de mensâ manu accepit, manu fregit & porrexit. E.
Non corpus suum propriè dictum, propriè manducari jusfit. Et § 10.
Quâ necessitate, ex hypothesi à Agnætio, panis & corporis C H R I-
S T I, seu substantialis corporis Christi In, Cum & Sub pane, oraliter
manducato pane, ipsum quoque corpus In, Cum & Sub pane oraliter
manducatur, eadem planè, manibus Servatoris gestato pane, ipsum
quoque corpus Servatoris In, Cum & Sub pane manibus gestatur ab
ipso Servatore. Atqui illud, secundum vos, fit necessitate irrefra-
gabili. E. & hoc. Impingit prior in Canonem, qui non minus
in secundâ figurâ, quam in primâ maiorem postulat universalem.
Quoddam enim duntaxat, quod Christus manu suâ porrexit discipu-
lis, id manu suâ de mensâ sumpsit & fregit. Universaliter intelle-
cta propositio, adversâ fronte pugnat cum voce Salvatoris de toto
συμπειλεγμένῳ, quod manducandum in Sacramento exhibetur:
Hoc est corpus meum. In altero contrahimus iterum maiorem su-
periori limitatione: Quâ necessitate &c. oraliter manducato pane,
ipsum quoque corpus In, Cum & Sub pane oraliter manducatur,
nempe modo Physico, ob localēm inclusionē in pane, per masticationem,
communionem, deglutitionem & trajectiōnem in stomachum; eadem
in sacra quoque corpus Salvatoris In, Cum & Sub pane manibus gesta-
tur.

tur. Sic negamus Minorem; removentes ut à mandatione sacramentali omnia comestionis naturalis $\omega\gamma\sigma\kappa\epsilon\mu\delta\mu\alpha$; sic à sacramentali $\alpha\Delta\lambda\alpha\sigma\alpha\tau\alpha$ omnia locorum $\lambda\gamma\alpha\sigma\mu\alpha\tau\alpha$: & sine omni locatione, aut inclusione locali In, Cum & Sub pane corpus CHRISTI sumi credentes, perinde ac citra eandem Divina Natura $\xi\lambda\sigma\gamma\sigma\omega\mu\alpha\lambda\kappa\omega\varsigma$ habitat in assumpta carne Col. II, 9. I. Tim. III, 16. Pater est in Filio, & Filius in Patre, per $\omega\epsilon\chi\omega\eta\sigma\iota\upsilon$ essentialē Joh. XIV, 10. Dsus ambulat in nobis. II. Cor. VI, 10. Christus habitat in cordibus nostris per gratiam, Eph. III, 17. Simpliciter si prohiberent $\alpha\Delta\lambda\alpha\sigma\alpha\tau\alpha$ panis consecrati & corporis Dominici, quæ testamentali Christi formulæ in historiâ Evang. præmittuntur, verificanda de pane solo: *Accipit DOMINVS JESVS panem, fregit panem;* pari ratione concludendum foret, nec Spiritum S. $\alpha\Delta\lambda\alpha\sigma\alpha\tau\omega\varsigma$ adfuisse vel flatui, quocum conferebatur Apostolis, Joh. XX, 22. *Accipite spirit. S. vel vento & flammulis,* sub quatum specie insidebat Apostolis, eorumq; lingvas & corda, ad ebuccinanda magnalia DEI, implebat Act. II, 2. Siquidem hîc itidem ea saltem antecedentia referuntur, quæ ad externum præsentiae gratiose symbolum pertinent, sine disseriâ mentione Spiritus S. Et cum haec dixisset, afflavit eos. Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes unanimiter in eodem loco, & factus est repente de cœlo sonus, tanquam advenientis Spiritus vehementis, & reperierit totam domum, ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersitæ lingue, tanquam ignis.

Ut Propodium versiculum:

IN, CVM, SVB, fallunt totum monosyllabamundum;
nihilo plus curemus, quam Indus Elephas culicem, aut incus maxima strepitum.

§. XXXV. Corruit argumentum Wendelini, num. V. desumptum à natura veri & humani corporis. §. 20. Quod visibile, palpabile, finitum, justâ suâ quantitate & figurâ præditum, certo loco circumscriptum: quale corpus non sit, quod sub hostiâ plurimis locis existat $\alpha\Delta\lambda\alpha\sigma\alpha\tau\omega\varsigma$. Syllogismus generalis hic erit:

Nullum verè humanum corpus, sub hostiâ, in plurimis simul esse locis $\alpha\Delta\lambda\alpha\sigma\alpha\tau\omega\varsigma$ potest.

Corpus Christi est verè humanum corpus. E.

Specia-

Specialiores isti: Nullum corpus visibile, sub hostia simul est à Διάγωτοις in plurimis locis.

Corpus Christi, est visibile. E.

N. Corpus palpabile, sub hostia est in multis locis.

Corpus Christi, est palpabile. E.

N. Finitum, simul est in plurimis locis.

Corpus Christi, est finitum. E.

Q. certâ quantitate & figurâ est præditum, nequit esse simul in pluribus locis.

Corpus Christi, est tale. E.

Q. certo loco circumscribitur, nequit esse simul in pluribus locis.

Corpus Christi, loco certo circumscribitur. E.

Resp. Nos breviter per limit. majoris ex parte prædicati: N. verè hum. corp. sub host. in pl. simul esse locis àδιασ. potest. N. corp. visib. sub host. simul est àδιασ. in pl. locis. N. Corp. palp. sub host. est in multis locis. N. finit. simul est in pl. locis. Q. certâ quant. & fig. est præd. neq. esse sim. in pl. locis. Q. certo loco circumf. nequit esse simul in pluribus locis, Sc. secundum naturalem essendi rationē, modo locali & visibili. Sic concedimus totum, non solum distinguentes inter corpus merè physicum Υλὴ ἀνθρώπου, & Deificatum Θεονθρώπου: verū etiam inter hujus γόνατα, & ψυχήν. De illo non dubitandum, quin uno tempore unicum locum sibi adoptet: hoc autem prærogativā gaudet μονορρέως καὶ εἰς αἱρέτων, ut ratione naturæ quidem suæ, & naturalium dimensionum, non nisi in uno τῷ περί semper existat: sed præterea hyperphysicā, illocali & infinitā participet ψυχήν & λόγον, quocum tam à Διάγωτοις, ἀκείσως, à Διαγιέτοις, quam à τρέποις, à ναυαγοῖς conjunctum unum absolvat υποστήσων, adeò ut si vel in minimo spatiolo λόγον αναγραφere possemus, jam unionis personalis vinculum, quantum in nobis, solveremus: cuiusmodi spiritum à DEO esse negat Johan. I. Epist. IV, 3. verissimè Cyrus scribit, quod mensuram suam humana Christi natura exceserit, & in conditionem assumentis eam per gratiam translata sit: Gregorius Nyssenus, quod dextera DEI, creatrix omnium, unitum hominem eveneris per unionem ad propriam celsitudinem:

90

nem: Athanasius, quod ὁ Λόγος humanitatem suam, supra quam ferat ejus natura, perfectam faciat, nec tamen prohibeat esse animal rationale. Si præter naturales proprietates, caro & sanguis Christi, nullā gauderet ἐξωχῆ hyperphysicâ, quā illæ non destruerentur, sed perficerentur maximè, & in statum sublimiorem attollerentur, qui mundaret nos ab omni peccato, I. Joh. I, 7. afferret nobis justitiam DEI, Rom. V, 32. 25. bearet nos redēptione, Eph. I, 7. daret vitam mōndo Joh. VI, 51. non posset videre corruptionem, Act. II, 27. līvore suo sanitati nos restitueret. Cf. LIII, 5.

§. XXXVI. Speciatim de visibilitate notandum; posse hanc considerari bifariam: vel ratione sui objecti, vel respectu nostri. Kατὰ αὐτὸν, vel ratione sui, visibile est omne corpus humanum, ne quidem excepto corpore Christi, tanquam objectum coloratum. Secus autem sæpenumero comparatum καθ' οὐσίας, utpote quibus inconspicuum corpus hujusmodi plurima efficere obstacula, tum physica, tum hyperphysica valent, solent, vel medium, vel objectum, vel sensorum affientia. Qualia impedimenta etiā sunt, quæ invisible in sacrâ Euch. corpus Christi nobis reddunt, hyperphysica ipsius privilegia, accipientibus quidem in sacrâ cœnâ corpus verè naturale, adeoq; per se visibile: sed non merè naturale, nec naturali ac visibili modo.

§. XXXVII. Admittit distinctionem hanc inter visibile & invisible, per se, & per accidens, Wendelinus §. 24. sed pergit: Quid verò tandem hinc lucrabuntur animadversores? Aut corpus Christi verè humanum, per se intrinsecè semper visibile, hyperphysicè In, Cum & Sub pane intrinsecè esse invisible: quod contradictorum non minus, quam si dicas, Angelum naturaliter esse expertem quantitatis omnis, & dimensionis inharentis. Aut corpus Christi, verè humanum, per se & intrinsecè semper visibile, hyperphysicè In, Cum & Sub pane extrinsecè esse invisible, idq; de voluntate DEI. Hoc verò in æternum nunquam probabunt. Fiat Syllogismus:

Quicquid probatu est impossibile, falso asseveratur. Invisibilitas hyperphysica corporis Dom. in Eucharistiâ, respectu nostri, probatu est impossibilis. E. illa falso asseveratur. Resp. per inficiat. Min. Sat probationis enim, sat causæ suggerit, defectus proportionis inter corpus Christi πνευματικὸν, inquit Λόγον αθὲν, & oculum hominis ψυχικὸν. Certè Christus in diebus carnis sue

D

per

per medios Nazarænos transibat, cum nefarium consilium de monte
eum præcipitandi cepissent, Luc. IV, 30. abscondebat se & pede templo
effrebat, cum Judæi lapidum jactus machinarentur, Joh. VIII, 59.
¶ fact⁹ est in convivio Emauntico, Luc. XXIV, 31. Quomo-
do ergo absolutè necessariū erit, ut nuspiam corpus ejus adasceret
præsto sit, quin actu videatur, vel visibile καθ' οὐδὲ extrinsecè exi-
stat? Etsi non negemus posse Christum, quādunque vult, ubi-
cunque vult, & quādunque vult, corpore suo se sistere, atque ad-
eò conspiciendum etiam præbere. Proinde concipi adhæc visibili-
tas potest, vel sub ratione potentia remotæ, quæ nudam notat non
repugnantiam; vel ut potentia propinqua, quæ specialem inclina-
tionem, propensionem, proclivitatem & pronitatem ad actum dicit.
Illam corpus Christi semper retinet: ad hanc autem hodiè requiri-
tur peculiaris œconomia & dispensatio DEI. Habeant sibi Calvi-
niani suam fidem Thomisticam, nil credentem, nisi quod videt & pal-
pat. Nos adhærebimus Scripturæ, commendanti fidem, quæ sit
ελεγχό τῶν μὴ Σλεμψύων, Heb. XI, 1. & beatos prædicanti illos,
qui non vident & tamen credunt, Joh. XX, 29. Instantia ab Angelo
petita, huc non quadrat. Etsi enim proprium ubique præsupponat
essentiam subjecti, ex quā fluit; positoq; effectu in fieri, semper poni
oporteat causam: sicuti quantitas resultans ex essentiâ materiæ, nun-
quam datur sine materiâ, ideoq; in angelum, tanquam spiritum, seu
rem immaterialē, non cadit: tamen non contra, posita in actu cau-
sa, semper etiam ponitur effectus. Potest enim causa aliunde impe-
diri, ne in producendo effectu causalitatem suam exerceat.

§. XXXVIII. Quid porrò Wendelinus? Occinit: Ajunt,
corpori humano eam induci posse à DEO subtilitatem & perspicuita-
tem, ut prorsus fiat pervium, h. e. interminatum. Respondeo: ita
ex visibili intrinsecè, fieret invisibile intrinsecè, adeoq; visibile intrin-
secè desineret esse tale, idemq; numero nihilominus maneret corpus
humanum, &c. Evidem non nego, ex humano corpore terminato,
fieri posse, divinâ virtute, interminatum, ac planè, & perfectè omni-
bus suis partibus perspicuum & homogeneum. Sed an, post mutatio-
nem hujusmodi, verè humanum corpus sit mansurum, tu, quæso, Ger-
harde, cogita, &c. Si lupum DEVS mutaret in asinum propriè di-
ctum, non utique mansurus esset lupus, sed desineret esse lupus, & in-
sipe-

ciperes esse asinus, quia asinus & lupus specificè differunt. Eadem est est ratio corporis humani, quale DEVS condidit, membris suis heterogeneis, varioq; organorum apparatu instructi atque terminati, & corporis equaliter interminati, & perspicui homogenei. Syllogisticè agamus:

1. Quicquid non videtur ob subtilitatem & perspicuitatem, est invisibile intrinsecè:

Corpus Christi, non videtur ob subtilitatem & perspicuitatem.

E. Corpus Christi, est invisibile intrinsecè.

Conclusio est absurdā, itaque talis erit altera præmissarum. At vera Major. Falsa itaque & absurdā Minor, quæ est Lutheranorum.

2. Quæcunque mutatio destruit essentiam humani corporis, ea non est asserenda.

Mutatio corporis terminati in interminatum, destruit essentiam humani corporis.

E. Non est asserenda.

Resp. ad 1. per limit Maj. quæ subjectum: Q. non videtur ob subtilitatem & persp. Naturalem, est invisibile intrinsecè. Sic neg. Minor, cum subtilitas corporis C H R I S T I, indeq; orta invisibilitas, ὑπερΦυσικῶν χαρισμάτων ambitu contineatur. In 2. inficiamur Minorem. Accidens est opacitas & perspicuitas: accidentalis ergo etiam erit, quæ hujus respectu subjecto alicui conciliatur, mutatio: qualem patitur homo prudens & mitis, si morali μεταμορφώσις transcat in lupum & asinum, non propriè sic dictum, sed Metaphorice. Exempla forent in promptu, nī essent odiosa.

§. XXXIX. Palpabilitatis eandem esse conditionem, quæ visibilitatis, Wendelinus fatetur §. 27. Oritur enim utraque è densitate & crassitie materiæ. De visibilitate igitur quicquid dictum & probatum, pariter de palpabilitate valebit: ut hæc quoque dupliciter spectanda veniat, vel respectu sui objecti, vel ratione nostri: Item, vel ut potentia remota, vel ut propinquæ: Subjectum sane suum nunquam deserat, ideoq; veritatem humani corporis, si tactum nostrum moveat, indubitatè evincat Luc. XXIV, 39. sed respectu nostri, non minus à corpore glorificato abesse queat, quam post Resurrectionem corpus Christi nullo amplius cibo per se indiguit, et si hunc sumpserit in gratiam Discipulorū, ut eos de veritate Resurrectionis suæ certio-

res redderet. Nam semper posito actu secundo, simul ponitur primus: at non contraria, posito actu primo, necessariò ponitur secundus.

§. XL. Instat tamen Wendelinus §. 28. Pertinere palpabilitatem ad proprietates corporis humani, & per consequens, ab isto inseparabilem esse. Veritatem, ait, naturae suæ demonstraverat Redemptor, non per dispensationem arbitrariam, & rem cum veritate naturæ humanæ necessariò non conjunctam: sed per proprietatem à vero & humano corpore inseparabilem: Syllogisticè:

N. proprium humani corporis, potest ab illo separari.

Palpabilitas, est proprium humani corporis. E.

Resp. per distinct. inter propria *οὐσίαν*, & *παρεπόμδυα τῆς Φύσης*, *ζειώδη*, & *ἐπιζειώδη*. Item, inter ordinarium naturæ cursum, & extraordinariam & absolutam DEI omnipotentiam. Indeq; limitamus Majorem i. ex parte subjecti: N. proprium H. C. *οὐσίαν* & *ζειώδες*, potest ab illo separari. Quomodo corruit Minor: cum palpabilitas ad accidentalia propria pertineat. 2. Ex parte prædicati N. proprium humani c. *ἐπιζειώδες* & *παρεπόμδυον τῆς Φύσης*, potest ab illo separari, quoad ordinarium naturæ cursum. Quomodo largimur totum, separabilem à C. H. palpabilitatem statuentes, non nisi per absolutam DEI potentiam. Simpliciter & sine omni limitatione intellecta major, fallit. Forma nim. à quâ pendent propria accidentalia & extraessentialia, non se habet in illorum productione instar causæ formalis, sed ut efficiens. Nec causa est suprema, sed subordinata, ideoq;, ad producendum suum effectum, indiget influxu & concursu superioris. Quapropter ad separationem propriorum extraessentialium, ne quidem peculiaris aliqua actio D E I requiritur, sed sufficit sola subtractio & denegatio concursus causæ primæ cum secundâ. Illâ enim quiescente, quiescunt omnes causæ inferiores, nec ullam exercent activitatem, sive immanente, sive transeuntem.

XLI. De finità quantitate, figurâ & locali circumscriptione, quia diremptum iri litem omnem, Wendelinus spondet §. 29. quām primum scripturæ locum produxerimus vel unicum, qui affirmet, *idem illud Redemptoris corpus*, quod ex sepulchro excitatum, intulit in cœlum, tantum quantum fuit, & in cœlo etiamnum est corporaliter, salvo partium omnium situ & distantia, totum in singulis esse nebulis, (en iterum Calvinianam *Ἄγβολην*) ubicunque locorum ad usus Eucharis-

charisticos adhibetur, atque hoc præstito, plenissimū fidei obsequium promittit; compromittimus nos, prompto paratoq; animo locum talem scripturæ classicum jamjam adductum iri, ubi ad theses nostræ probationem, ex ipsâ controversiæ hujus sede, perventum fuerit, additamentorum, quæ ex professo huc non spectare Wendelinus factetur, securi.

XLII. Securi etiam contradictionis, quâ irretire multipræsentiam Entis finiti satagit; referentes ad ἀντιθέσεις Φευδωνύμου γνώσεως, quæ contra illius possibilitatem & argumentum B Gerhardi: Si communicatio subsistentiæ divinæ ἐλέγχει, humanæ naturæ essentiam non infinitam fecit, nec communicatio majestatis divinæ, sub se quoque potentiam, absq; ullâ circumscriptione & definitione præsto essendi, continens, finitudinem ipsius tollit. Sed verum illud. E. & hoc. §. 37. assert: Non magis conciliari cum naturæ finitate μόνοτομία (hoc odioculo titulo multipræsentiam deformat) vel νούτομία (hanc appellationem omnipræsentiæ impingit) potest, quam cum naturæ infinitate εὐθότομία: ratio coniunctandi hoc absurdum, planè nulla est. Cui, quæso, persuadebunt h̄i disputatores, naturam finitam, suisq; terminis circumscripatam, unam eandemq; numero, simul esse in uno tantum loco, & propinquitate substanciali aut ἀπόστολος in omnibus locit, apud omnes creaturas? Natura humana, quatenus in se consideratur, & in hypostasi ἐλέγχει, non magis admittit hæc contradictionia, quam natura divina, quatenus in se consideratur, & in unione cum humanâ. Nec non §. 36. Est simpliciter impossibile, idem numero corpus simul visibile & invisibile, palpabile & impalpabile, divisibile & indivisibile, locale & illocate, finitum & infinitum esse, velut impossibile est, divinam naturam simul invisibilem & visibilem, impalpabilem & palpabilem, indivisibilem & divisibilem, illocalem & localem, infinitam & finitam esse. Si non facilius à Λόγῳ communicari possit multipræsentia assumptæ carni, quam à carne circumscriptio intra loci unius angustias τῷ Λόγῳ, utique nec Λόγος citius communicare carni hypostasis poterit, quam hypostasis alicujus carnis communicetur τῷ Λόγῳ: æquè ἀδύνατο erit Λόγῳ assumere, & sibi ἀναστήναι unire carnem, ac carni assumere ita Λόγον. Assumen-

tis quippe est dare, assumpti accipere. Mutua quidem est, quæ λόγω & Humanæ Naturæ Christi intercedit, hypostatica unio, sed salvo hoc discrimine, quod humanitas in ista unione se habeat merē παθητικῶς, ut perfectibile & melioris status capax: Deitas autem merē εὐεργητικῶς, ut perfectivum, cui ob immutabilitatem omnitudini nihil unquam accedit. Nequaquam Wendel. rationem fidei subiicit, sed contaria protestatio hæc, quam aliquoties Wend. inspergit, facto derprehenditur, dum illi judiciū de verâ contradictione, quoad tè ποστ, è suis principiis, committit, reservandum scripturæ soli, quæ annon conciliet cum finitate & veritate corporis Dominici multipræsentiam illius sacramentalem (hic controversam) mox audiemus. Scitè Chrysostomus Hom. 83. sup. cap. Matth. 26. Credamus ubique DEO, nec repugnemus ei, etiam si sensu & cogitationi nostræ absurdum esse videatur, quod dicit, superet & sensum & rationem nostram. Quid in omnibus, & præcipue mysteriis, faciamus; non illa, quæ ante nos jacent, solum aspicientes, sed verba quoque ejus tenentes. Nam verbis ejus defraudari non possumus, sensus verò noster deceptu facillimus est: illa falsa esse non possunt, hic saepius atque saepius fallitur. Quoniam ergo ille dicit: Hoc est corpus meum; nullā teneamur ambiguitate: sed credamus & oculis intellectus id perspiciamus.

XLIII. Supersedere itidem Wendelino licuisset, tam operosâ allegatione Patrum, Ignatii, Eustachii Antiocheni, Ambrosii, Leonis Rom. Tertulliani, Theodorei, Synodi etiam Constantinopolitanæ, ita Chemnitii nostri, pro stabiliendâ corporis Christi veritate, à B. Gerhardo, vel ullo Lutheranorum nunquam negatâ, nî varia lectionis laudem affectâsset, vel perspectâ cœduyauis, probandi consequentiam: Corpus Christi, est verum & naturale corpus, veriq; & naturalis corporis proprietatibus præditum: Ergo nec vi verborum institutionis, multipræsentia Sacramentalis, nec interventu unionis personalis, omnipræsentia ipsi conciliari potest: aliquid tamen, ad complendas chartas, utut ἀλλότριον & οὐ τὸς οὐρῷ αἵρεσις κείμενον, dicendum censuisset; ad exemplum Martinii, qui oppugnaturus realēm communicationem Divinorum idiomatum, cum de veritate humanæ integrum edidisset librum, probare jussus consequentiam:

tiam: Natura Christi humana verè talis est: ergò incapax existit Majestatis divinæ; *iχθύων αὐτού πρόσωπον* mansit. Valere nimur nequit, nisi eadem opera incapax humanitas Christi statuatur Divinæ subsistentiæ, æquè immensæ ac infinitæ. Quamobrem quo cautiū onus hoc probationis Wendelinus declinat, eò urgendus est constantius & severius.

XLIV. Corruit argurrentum IV. petitum à naturâ glorioſi corporis, §. 39. utpote quod amplius pati aut mori, adeo qz corporaliter & oraliter manducari non posſit. Syllogismus erit:

Quicquid amplius pati nequit, id a 2laſūtως pani Eucharistico unitum non est.

Corpus Christi, amplius pati nequit. E.

Limitandum namque rursus prædicatum Majoris: Q. amplius pati nequit, id a diaſ. pani Euchar. unit. non est, modo locali ac physico. Ita concedimus totum, uti rectissimè respondit B. Gerhardus: Procedere hoc argumentum ex falsâ hypothesi, de Capernaiticâ manducatione, à Lutheranis assertâ: quam tamen viribus omnib. repudient.

XLV. Instat Wendelinus: Frustra protestantur adversus falsam hypothesin. Nobis Capernaitica manducatio nulla est alia, nisi propriè dicta. & oralis, quam omnibus viribus Lutherani propugnant, ejusqz causâ τὸ πῆδι τantopere urgent. Hanc, & non aliam Capernaitæ intellexerunt, qui cibos corporeos non nisi propriè & oraliter manducarunt. Quisquis igitur oralem & propriè dictam manducationem propugnat, & interim Capernaiticam repudiat, totis viribus sibi contradicit. Pudeat veteranum Philosophum tantarum ineptiarum, tantæ ἀσυλλογίσιας. Coincidere manducationem corporis Dom. Lutheranam cum Capernaiticâ, probare conatur ex eo, quod utraque sit oralis. Necessariò igitur Syllogismus hic nascetur, puris constans affirmativis in 2. fig.

Manducatio Capernaitica, est oralis.

Manducatio Lutherana, est oralis.

E. Manducatio Lutherana, est Capernaitica.

Vel iste in Fig. i. constans majore particulari:

Quædam manducatio oralis (corp. Dom.) est Capernaitica.

Manducatio Luther. (ejusdem corporis) est oralis.

E. Manducatio Luther. est Capernaitica.

Uni-

Universalitor n. formata Major , falsissima est. Ad mandationem
quippe Capernaiticam non sufficit, ut sit oralis, & propriè sic dicta ,
seu peragatur ore, sed requiritur insuper objecti ore apprehensi ma-
sticatio, comminutio, deglutitio, trajectio in stomachum, quibus Lu-
therani corpus gloriosum Salvatoris minimè gentium obnoxium
statuunt. Sufficit a. ad formalem rationem cujusque manducatio-
nis propriè sic dictæ , si aliquid percipiatur ore, vel os ingrediatur ,
ad modum & in finem cibi, ut nutriat, quamvis actus naturaliter con-
sequentes comedionem naturalem, non ineludantur. Sicuti pro-
priissima est generatio Filii DEI, tum æterna ex essentiâ Patris , tum
temporalis è Virgine Mariâ , quia utrique competit formale genera-
tionis, situm in communicatione essentiæ : Licet neque hanc, neque
illam comitentur accidentales imperfectiones, quæ in generatione
Physicâ concurrunt. Ea quippe est indoles & prærogativa cibi cœ-
lestis, quem Sacramentum cœnæ exhibit, ut non mutetur in substan-
tiam nostram, sed nos mutet in naturam sui, nos reddamur caro de
carne ejus, & os de ossibus ejus. Ephes. V. Tribaunt quidem præ-
ter Lutherum (quem Adversarius fugillat sequentibus : *Hinc alibi*
Lutherus, cum intelligeret, non posse adstrui oralem, & propriè dictam
corporis Christi mandationem, nisi Capernaitica admitteretur,
cum Berengario affirmavit, pati corpus Christi in S. cœnâ, quicquid
patitur panis : Hoc est dentibus conteri, comminui, in ventriculum
trajici, &c. Hæc demum oralis, & propriè dicta est mandatio.)
B. Patres passiones panis Eucharistici corpori Salvatoris, sed χελυώς,
propter unionem sacramentalem , non quod in ipso corpore Christi
terminentur, sed quia illud intimè sacro symbolo, mutationes hasce
subeunti, est conjunctum. Quomodo Zach. II, 8. ob unionem gra-
tiosam JEHOVAH sibi appropriat passiones fidelium: *qui vos tan-*
git, inquiens, papillam oculi mei tangit. Quo pronunciato quis-
quis everti oraculum, Malach. III, 6. *Ego JEHOVAH, & non mu-*
tor; putaverit, annon Helleboro indigebit, vel dignus videbitur, qui
naviget Anticyras? Vid. Chrysost. Tom. I, Hom. 83. super cap. 26.
Matth. & Tom. 4. Homil. 160. nec non 61.

XLVI. Corruit argumentum VII. ab ascensione & mansione
ad extremum diem, Syllogismus esto :

Quod-

Quodcumque corpus translatum est in cœlum, id nequit adi-
scerw̄ adesse pani Eucharistico.

Corpus Christi, translatum est in cœlum. E.

Resp. limitando ex integro Prædicatum Majoris: Q. Corpus trans-
lat. est in cœl. id neq. adiās. adesse pani Euehar. scil. eodem modo,
quo in cœlum ascendit, locali & visibili. Sic largimur totum. Ascen-
dit a. Christus in cœlum, juxta historiā Evang. circumscriptā formā
& locatione corporis, ut visibili intervallo à conspectu Discipulorum
subinde removeretur longius. Act. I, 9. Βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρη,
καὶ τε φέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν, δοτὸς τῷ ὀφιδιαλυμῷ αὐτῶν. Marc.
XVI, 19. αὐτελήθη κύριος εἰς τὸν οὐρανόν. Visibilem ergo, phy-
sicam & sensibilem conversationem, præsentiam s. commemorationem,
quā οὐκενομία ordinariam, nobis omnino Christus hodie subtraxit,
cāq; in cœlo sanctis Angelis & electis appareat; cādem quoque for-
mā, quā visus est cœlum petere, descendet olim cum gloriā ad judi-
cium, atque adeò hoc præsentiae modo nec in S. coenā adest. Com-
mitteretur a. Fall. à dicto secundum quid ad dict. simpl. si hinc con-
cluderetur, nullo planè modo alio verba testamenti Christi rem co-
mitem sortiri posse: Coerceretur præpostorē limitibus quibusdam
& cancellis, sapientia & potentia D E I, si negaretur, præter illum
visibilem adessendi modum, ullum reperiri posse alium, ut valeat
illud: ἀμα ἔσθος, ἀμα ἔργον. Dixit, & facta sunt. Ps XXXIII, 9.

XLVII. Cæterū cum Christus in cœlum ascenderit, non
instar ministrorum, Angelorum, aut Sanctorum Olympiacā coro-
nā jam redimitorum, e. g. Eliæ, de quo legitimus IV. Reg. II, 17. Noli-
te mittere ad quærendum, quo projectit Eliam spiritus D O M I N I ,
num in montem, aut in vallem? sed Victor, Triumphator, Rex,
Princeps, DOMINUS, ad perpetui Regni & Sacerdotii sui posses-
sionem & administrationem; adeoq; ascensionem è vestigio exce-
pit, sessio ad omnipotentem & omnipræsentem dextram DEI, quā
œcumenicum imperium in omnes creaturas plenisimè usurpat:
Unde sacrae literæ ascensionem Christi in cœlum non tantum descri-
bunt ἀναρρηψίας, sejunctim, seorsim, prout sessioni ad dextram Dei
contradistinguitur: sed etiam ἀναρρηψίας, conjunctim, prout ses-
sionem hanc complectitur; tantum abest, ut contra sacramentalem
corporis Dom. præsentiam militet, ut maximè illam potius propu-

E

gnat.

gnet. Elias Melotus discipulo reliquit, inquit Chrysost. Hom. 2. ad populum Antiochenum, Filius autem DEI ascendens, suam nobis carnem demisit: Sed Elias quidem exutus, Christus autem & carnem nobis reliquit, & ipsam habens ascendit.

XLVIII. Idq; cum B. Gerhardus acriter monuisset, Wendelinus §. 42. iterum objicit finitatem naturae Christi humanae, cumulantq; contradictiones. Breviter & Syllogisticè:

I. Nullum Ens finitum, potest esse simul illo modo in pluribus locis.

Corpus Christi, est, Ens finitum. E.

II. Si corpus Christi, simul ad diastatas adest in cœlo & extra cœlum, utique simul erit & cœlo comprehensum & non comprehensum, partes habebit extra partes, & non habebit, erit quantum, & non quantum, &c.

At consequens est absurdum. E. & antecedens.

Resp. ad i. per limitationem Maj. N. Ens finitum, potest simul esse in pluribus locis, καθ' αὐτὰ, vi propriā. Sic concedimus totum. Quod autem in potestate humanitatis propriā situm non est, hoc illi ιχαεῖον, per gratiam contulit, ὁ Λόγος. Λόγος, inquam, non in uno saltem cœli spatio corpus Christi attingens, sed ita περικλεγόσ, mutuā sibi devinctum tenens, ut unum cum illo constituat υφεστάθμον, & πᾶν τὸ λόγων τῆς θεότητος illud inhabitet συμαίνως Colos. II. 9. In II. itidem limitamus Majorem: Si corpus Christi, simul ad diastatas adest in cœlo, & extra cœlum, per propriam naturae suæ conditionem, utique simul erit & cœl. compreh. & non comprehens. &c. Sic rursus concedimus totum. Fundamentum n. omnipresentiae corporis Christi unicè præbet, immensa & incircumscripta hypostasis Divina, quā fructur in personā τοῦ Λόγου. Hoc si Wendelinus everterit, erit mihi magnus Apollo.

XLIX. Abeunt ergo simul in auras nugamenta reliqua: Et si hæc personæ infinitæ competit præsentia, (universalis) non tamen naturæ humanae finitæ competere potest, propter evidenter contradictionem. Præsentia promissa Matt. 28. gratiæ est non adiastatæ naturæ humanae, et si ipsa quoque persona adiastatæ Ecclesiæ suæ semper est præsens. Corporalis naturæ humanae præsentia, per ascensionem in cœlum desit, &c. Contradictionem enim hic à Wendeline temerè

CON-

confingi, imò grandi contradictione Wendelinam semetipsum implicare, dum, quam personæ Christi concedit, naturæ alteri adimit præsentiam, his in terris $\alpha\lambda\gamma\zeta\theta\tau$, vel inde liquet, quod persona Christi sit $\alpha\lambda\theta\tau \sigma\upsilon\theta\zeta\tau$, è duabus naturis, divinâ & humanâ, constans: ubique autem posito [toto], poni simul singulas partes constitutivas inductio doceat, nullo infringenda exemplo contrario. Dantur sanè varia attributa, toti cum partibus singulis non communia: sed peculiari quâdam conditione gaudere præsentia, quotumquemq; latec peritum rerum hujusmodi arbitrum? ac proinde nec totus Christus uspiam præsens erit, sine adessentiâ utriusque naturæ, ut hoc respectu $\alpha\lambda\theta\tau \chi\omega\zeta\delta\zeta$, & $\alpha\lambda\theta\tau \chi\omega\zeta\delta\zeta$, quæ duo aliâs accuratè discernenda, coincidunt. Præsentiam gratiosam Matth. XXVIII. promissam fuisse novimus, verum unde probatur, hujusmodi præsentia personæ præsentis substantiam excludi?

L. Nodum in scirpo querit §. 43. dum insecatatur distinctionem inter ascensionem abstractâ, & concretâ sumptam, quatenus sessionem ad dexteram DEI, & plenarium gloriæ infinitæ exercitium habet conjunctum: *Nobis, inquiens, non licet esse tam subtilibus, felicibus & ingeniosis, in excogitandis distinctionibus, sumus enim tardiores, quod & suprà nobis exprobratum est, ab igneis hisce ingeniosis. De ascensione, concreta & abstractâ, nihil hactenus in Symbolo Apostolico vidimus, &c.* Ac nihilo minus paulò post articulos hos, ascensionem in cœlum, & sessionem ad dexteram DEI, inter se connexos agnoscit. Sicuti suis ipsius luminibus obstruit, sua vineta cædit § 40. Jam negando Calvinum argumentum, à sessione Christi ad dexteram DEI ductum, contra præsentiam Christi in cœnâ, repudiare, jam hæc tamen verba Calvini adjiciendo: *Perperam faciunt, qui ex sessione ad dexteram DEI conantur probare, Christum non nisi in cœlo esse. Est quidem id verisimum, in cœlo esse Christi humanitatem, non in terrâ: sed probatio illa non convenit; adiectâ exclamacione: En fidem Salani Collegii! cui jure meritissimo opponimus istam: En acumen, en dexteritatem Wendelini!*

LI. Efficacissimè adhæc possibilitatem realis præsentiae, seu $\alpha\lambda\gamma\zeta\theta\tau$ corporis Dom. his in terris, etiam post ascensionem in cœlum, comprobant distictæ aliquot apparitiones, ejusdem ascensionem subsecutæ, Actor. IX, 5. X XIII, ii. I. Cor. XV, 8. Ejusdem, inquam, corporis, quod semel è Mariâ virgine assumpsit, nec unquam

deiade depositit, & cuius mandationem jam ante ascensionem, in primæ Cœnæ institutione, Discipulis injunxerat, non novi alicujus aliunde format i, ut Zanchius quondam deliravit. Delirio quoque similis Φλαναρία Wendel. §. 46. Christum, post ascensionem in cœlum, corpore suo hinc in terris fuisse, hactenus evinci potuit è nullâ apparitione, nedum è crebris vel multis. Vel n. apparitiones, quæ allegantur, fuerunt tantum visiones, vel reales Christi, secundum humanam in cœlo existentis & manentis, exhibitiones, factæ hominibus, in terra existentibus. Dic enim, Sodes, annon exhibitionibus illis Christi, quæ paulò post ascensionem obtigerunt, veritas Resurrectionis adstruatur? I. Cor. XV, 2. Resurrexit a. Christus ἀνάφοισθητως corpore. Ad corpus igitur, s. naturam Christi humanam, exhibitionem ista referenda est. Si hoc, quâ veritate Natura Christi humana, post ascensionem, ita statuetur manere in cœlo, ut in his terris ἀδιασώτως adesse nullatenus possit?

LII. Plures in loco existendi modos, humanæ Christi naturæ competentes rejicientem Wendel. §. 48. ad incitas redigimus clariss. Salvatoris pronunciato: *Hæc locutus sum vobis, cum adhuc vobiscum essem.* Luc. XXIV, 44. manifestissimè distingventis carnalem illam, familiarem & visibilem præsentiam, quâ ante passionem copiam sui Discipulis fecerat, à novâ præsentia post resurrectionem; quæ tamen ipsa plurimum differt ab alterâ, quâ in ultimo censendorum hominum die, summâ cum Majestate apparebit. Confer. Augustinus Tract. 64. in Joh. Hieronymus super cap. 26. Matth. & Bucerus in Retract. ita scribens: *Quia Patres dicunt, nos Christum habere præsentem, per altaris cibum & potum:* Ergo, quando alibi præsentiam carnis negant, intelligunt eam, quæ sensibus percipiebatur. Hoc, si observetur, omnes contradictiones, quas sibi ratio de mysteriis fidei facile fingit, pari facilitate, & uno quasi spiritu disflire, nec non ingratiam reducere, in proclivi est. Novum præsentiae corporalis (ratione subjecti) modum, apud Lucam à Servatore non indigitari, sed status duntaxat mutationem, quod Wendel, reponit §. 51. tunc probatum dabitur, ubi evictum fuerit discrimin inter adäsentiam & præsentiam, quæ hactenus ἀναφοράμενη fuerunt.

LIII. Corruit denique argumentum VIII, ab expressis Scriptu-

rx.

96

ræ testimoniis, quæ negant, semper Christum corpore suo in hīscē ter-
ris esse. Allegantur loca Joh. XVI, 28. cap. XII, 8. Heb. VIII, 4
Syllogismus erit :

Quicquid Christus corpore suo reliquit, illi adiacevit corpus
Christi non est præsens.

Terram Christus corpore suo reliquit.

E. Terræ corpus Christi adiacevit non est præsens, & con-
seq. nec pani Eucharistico, quem in terris habemus.

R. Rursus limitando Maj: Q. Christi corp. suo reliq. illi adiacevit.
corp. Christi non est præsens, sc. καὶ αὐτὸν τὸ ὄμονον, quo illud reli-
quum fuit. Reliquit autem Christus non alio modo & sensu terram,
& terrena hæc universa, quam quo in mundum venit, & à Patre exi-
vit. Addit enim : quod transeat ad Patrem Joh. XVI, 28. Exi-
s a Patre. & veni in mundum ; Iterum relinquo mundum, & vado ad
Patrem. Ait egressu a Patre, nunquam Patrem, quoad locorum
intervalla, deseruit, omnipræsentem quippe, & terram æquè ac cœ-
lum implentem, nullibi inclusum, nullibi exclusum. Jer. XXIII, 24.
Psal. CXXXIX, 7. 8. 9. Sed notat hīc sensu Biblico, non Aristote-
lico, ut mundus conditiones & infirmitates mundanas, ita egressus vel
adventus in mundum, exinanitionem Christi, & Majestatis Divinæ
cum summâ humilatione, officii Mediatoris partibus in hac terrâ
obeundis conjunctâ, permutationem. Proinde, vi Ævli Æterne, nec
abitus ex hoc mundo, κυρίως significat permutationem loci unius
cum altero ; sed conditionis servilis cum gloriose regno.

LIV. Instantia Wendelini §. 52. Mirum, quod de connexo de-
monstrando non laborârint bi demonstratores : quod falsum esse dico,
propter Personæ, à Patre egressæ, & ad eundem idemque cœlum regres-
sæ, diversam conditionem. Egressa enim est persona Divina sine na-
turâ humanâ, adeoque localiter non est egressa, neque egredi potuit,
propter infinitatem : Regressa verò ad Patrem in cœlum persona ea-
dem, caro facta, seu cum naturâ humanâ, respectu cuius localiter
ascendit, &c. Petitionem committit principii, siquidem hoc ipsum
in controversiam vocatur, an aliud quid adventus in mundum, sive
egressus à Patre significet, quam susceptionem spontaneam humana-
rum infirmatum, ut tribui personæ divinæ sine naturâ humanâ, quæ
sola in Christo iisdem obnoxia est, queat.

LV. Dictum Joh. XII, 8. *Pauperes semper vobiscum habetis*? dexterrimè explicavit B. Gerhardus de præsentia locali, naturali & visibili, è contextu, quod pauperes semper affuturi perhibeantur, ut benefacere illis possimus, non autem ita semper præsens futurus sic Christus, ut indigentiam ejus sublevare, illiq; benefacere possimus. Wende linus præsentiam illocalem falso ridens, instat: *Docere Christum in præsenti textu, non tantum naturæ suæ humanae conditionem mutatum: sed & præsentiam substancialē huic mundo subtractum iri: Verum unde probat?* Inspiciatur *ouyāφεία* textus, & nemini non præter Tiræsiā patebit ὁ Θαλμοφανῶς, tum Respon- sionis Gerhardianæ soliditas, tum instantiæ Wendeliniæ vanitas.

LVI. Αὐτοσδιόνυσον vero prorsus est oraculum Heb. VIII, 4. εἰ μὴ τὸν ὄντα γῆς, τὸν δὲ ἀνθρώπου. Ambigua n. est particula ὄντα: nec tantum significat IN, sed etiam DE, ut apud Platonem in Char- mide: Ὄντες καλῶς λέγων παιδός, de bono dicens puer. Item: Ὄντες πόλεων λέγεται de urbibus dicitur. Atque hanc significatio- nem in loco citato, exponente singularem conditionem & eminen- tiā sacerdotii & sacrificii Mesiæ, absque pari, confirmat, adeoq; vitiosam versionem Latinam: *Si esset (CHRISTUS) super terram,* nec esset Sacerdos, universa loquitur *ouyāφεία* textus, Apostoli sco- pus & intentio. Quilibet, ait, Pontifex constituitur ad efferenda munera & hostias v. 3. Et mox opponit, ratione sacrificiorum, Christum Sacerdotibus Leviticis, quos vocat terrenos, ὄντες, quia exemplari & umbræ deservierunt coelestium v. 5. Christum autem negat esse ὄντα τῆς γῆς, de terrâ, de cœtu, numero, ordine terrenorum, Leviticorum, & ad V.T. pertinentium sacerdotum, quia seipsum obtulit victimam DEO, tanquam melioris Testamenti me- diator. Quasi hunc in modum argumentatus fuisset:

Quilibet Sacerdos ὄντες, sacrificia offert typica.

Christus, non offert sacrificia typica, sed ipsum αὐτόνυμον.

E. Christus non est Sacerdos ὄντες.

Negat etiam Christum futurum Sacerdotem, si foret ὄντα τῆς γῆς, unus ē vulgo, quia officium Christi Sacerdotale eò tendere debebat, ut Sacerdotium Leviticum, tanquam mere typicum, aboleret, admi- nistran-

nistrandum à Sacerdote plane singulari, secundum ordinem Melchi-
sedech Psal. CX. cum translatu Sacerdotio & legem, seu ritum sacri-
ficandi, transferri oporteat. Heb. VII, II. 12. Particula ḥm, si recte
hīc verteretur per IN, sequeretur $\sigma\alpha\kappa\omega\nu$ $\tau\theta\gamma\delta\omega\zeta\omega\nu$ $\tau\theta\gamma\delta\omega\zeta\pi\omega\nu$
Christum non fuisse Pontificem, cum in arā crucis se offerret DEO,
eis $\circ\sigma\mu\eta\nu$ $\epsilon\nu\omega\delta\alpha\sigma$. Eph. V, 2. Abs re igitur exclamat Wendeli-
nus: violenta glossa! quā per vim in his terris retinetur corpus Salva-
toris, in usum absurdæ oralis manducationis. Si esse in terrā pro ar-
bitrio licet interpretari, rem terrenam esse, quid nō dicamus ubiqui-
sticum corpus, quod in terrā etiamnum esse, & naturaliter manduca-
ti fungitur, esse rem terrenam? Non nostro enim arbitrio, sed im-
motis fundamentis allata interpretatio nititur.

LVII. Pergit nihilomius Wendelinus: De loco repræsenta-
tionis sacrificii Christi non agere dictum præsens, plane falsum est &
contrarium doctrinæ hujus Epistolæ Apostolicæ. Debuisse enim Pon-
tificem nostrum, peractis in terrā peragendis officiis partibus, corpore
suo non manere in terrā, exemplo Sacerdotum Leviticorum, sed in cœleste
sacrarium ingredi, & quod reliquum in eo peragere, ex allegati
capitis patet v. i. 2. ubi appellatur minister, non sanctuarii Leviti-
ci, sed veri illius, quod fixit Dominus, & non homo. Syllogisticè:

Quicunque, peractis in terrā peragendis, debuit cœleste Sacra-
rium ingredi, is non amplius mansit in terrā.

Christus, peractis &c. E.

Resp. è cap. seq. per distinctionem inter cælum & cœleste sacrarium
creatum, & increatum. De illo valet Major: sic autem falsa Mi-
nor. Tabernaculum enim, quod Christus, summus Pontifex futu-
rorum bonorum, semel introivit, æternā redemptione inventa, est
 $\alpha\chi\epsilon\pi\omega\eta\pi\eta\nu$, & $\tau\mu\eta\tau\eta\pi\eta\pi\eta\omega\zeta$ $\pi\eta\pi\eta\pi\eta\pi\eta\omega\zeta$, adeoq; nec cælum hīc terræ
contradistinguitur, ratione situs & loci: sed qualitatis & conditio-
nis. Eaq; adeo in aprico posita sunt, ut Calvinus ipse explicatio-
ne in hanc approbare teneatur, Christus, inquiens, nullum habet ter-
renum, aut visibile sacrificium; Terrenus ergo Sacerdos non esse po-
test. Imò suo se gladio itetum Wendelinus jugulat, provocando
ad cap. VIII, i. 2. Talem h. b. vimus Pontificem, qui consedit in dexte-
ra throni Majestatis in cælis, sanctorum administrator & Taberna-
culis

euli veri, quod fixit DEVS, & non homo. DEUS enim cum Spiritus fit Joh. IV, 24. manum nullam obtinet, sive dextram, sive sinistram propriè sic dictam. Ut indicetur per dextram DEI, scripturæ phrasē metaphoricā, πάντες γέγονται divina, Ps. LXXVII, 11. Exod. XV, 6. Per sessionem autem ad dexteram DEI, Divinum regimen & aequalis cum DEO omnium creaturarum gubernatio, interprete Apostolo I. Cor. XV, 2. Quam ob causam per cœlum, in quo Christus sedet ad dexteram DEI, non nisi Majesticum intelligendum venit, de quo Psal. CXV, 3. DEVS noster in cœlo est, omnia quæ voluit, fecit. Psal. CIII, 19. DOMINI solium in cœlo, & regnum ejus dominatur omnibus. III. Reg. VIII, 32. Tu exaudias in cœlo, in loco habitationis tue. Deuter. XXXIII. Ascensor cœlorum auxiliator tuus. II. Paral. XX. Tu es DEVS in cœlis, & dominaris in cunctis regnis gentium. Vid. Augustinus lib. de cognit. veræ vitæ. c. 44. Regnum cœlorum est in hoc mundo, & extra hunc mundum, & in omni creaturâ, & extra omnem creaturam. Et Chrysostomus super c. i. Heb. Quid est in excelsis? Deumne loco concludit? Absit. Sed sicut dicens ad dexteram, cum non schemeate includit, sed ostendit, cum in eodem esse honore, in quo est Pater: ita cum dicens in excelsis, non illuc inclusit, sed ostendit id, quod est omnium altissimum, & quod omnia transcedit: Hoc est, pervenit ad ipsum thronum paternum. Quemodo ergo Pater est in excelsis: ita & ipse. Sileri patior, quod uti Christus officio Sacerdotali fungitur, quoad utramque Naturam: sic neutra Hebr. VIII, 4. determinetur, sed absolute asseratur: Christum non esse ðm̄ m̄s ȳs. Omnimodam proinde substantiæ Διάστολη à terra qui colligere hinc satagunt, totam Christi Personam terrâ excludendi necessitatem sibi imponunt. Rejicimus denique ad Lectoris æqui nullisq; præjudiciis corrupti censuram Coronidem, quæ Dissertationem suam Wendelinus obsignat: Concludimus igitur Expositionem hanc, & multarum absurditarum convictam corporalem præsentiam in terris hisce In, Cum & Sub pane autoribus ejus remittimus porro, si possunt, vindicandam & defendendam. Hactenus n. indefensa mansit; quia omnes pro defensione ejus exantlati labores frustranei fuerunt. Ego non video, quin magis suspecta reddi ubiquitas & præsentia corporalis corporis Christi In, Cum & Sub Panæ Eucharistico poscit, quam tam imbelli & nulla defensione.



Restaurierung
H.-D. Lomp
36110 Schlitz



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-807099-p0046-8

DFG

